vocabant. Unde et hii qui non sunt de legitimo matrimonio matrem potius quam patrem sequuntur. Unde et dicitur spurius qui immundus vel qui contra puritatem. Et hic spurius a um ignobilis et degener. Unde in libro Sapientie Spuria vitulamina dantur i. degenerati et non italica. Spurius componitur spuricificus a um et spuricidicus a um i. immunda faciens vel dicens. Plautus in captivis fiet spuricidici iusti ubi sub incredibiles. Spuo componitur conspuo is i. contra spuere vel sputo perfundere. Despuo is deorsum spuere. Exspuo is intro vel extra spuere. Respuo is iterum vel retro spuere vel recusare, renuere, vilipendere. Spuere proprie sputum emittere et composita ab eo secundam sillabam secundum nos sunt sed in alia secundum actiam et omnia faciunt preteritum in spui et supinum in sputum et in supino producunt hanc sillabam spu.

Capitulum lvj

Splendeo des dui. Unde hic splendor oris et splendidus a um et componitur splendidulus la lum diminutivum. Item a splendeo hic splendone ne quia splendeat i. gladius. Josephus in nono Dabit unicuique iaculatorum ... et loricas circa et splendones. Et a splendeo splendesco scis inchoativum. Splendeo vel splendor componitur splendificus a um et splendificens tis. Unde hec splendificentia e i. claritas. Splendeo componitur resplendeo des. Unde resplendesco scis inchoativum. Splendeo cum suis corripit ne et e et cetera supinis. Spinulla genus piscis delicati qui vulgo dicitur lata sonucalis cum fertur duo spinilla. Spinus arbor vel herba cuius flos seminatos dicitur. Sintheos enim grece latine flos dicitur. Stacten genus est pinose resine vel incensi quod ex pressura manat. Stiripos crux. Stafisile vel staphilos uva. Stiguates i. cupidi.

Stasis grece latine dicitur status vel statio et componitur cum syn quod est con et dicitur sintasis sis vel stasis i. constitutio ubi voces simul stant et concurrunt in inflexionibus et casibus. Et sinthasis componitur cum dya quod est de et dicitur dyasinthasticus a um i. de constitutione tractans. Unde et dyasinthastica dicitur illa pars Prisciani ubi tractatur de constructionibus. Item stasis componitur cum ec et dicitur extasis i. excessus mentis sed ad hominem pertinet quasi status mentis sive in articulo mortis. Et cum epi quod est supra et dicitur epistasis vel epistasis ... et ibi reputat sinna

stonem i. adiectio littere vel sillabe in fine super statum dictionis. Et cum ana quod est sursum et dicitur hec anastasis sis vel stasis i. resurrectio. Et cum ypos quod est sub et dicitur hec ypostasis i. substantia vel secundum intellectum sine qualitate et proprie convenit primordialiter ypostasis. Et a stasis dicitur.

Capitulum lvij

Sto stas steti statum manere non moveri. Proprie stare est erectum manere. Unde dicitur qui ab stat non sedet et componitur. Unde et hic status tus et hec statio onis. Et dicitur statio locus ubi naves ad tempus stant sed portus est in quo hyemant. Et proprie statio dicitur vita ista quia hic ad tempus stamus. Non enim habemus hic manentem civitatem sed futuram inquirimus. Unde hec staciuncula le diminutivum et stationalis a um et stationarius a um in eodem sensu. Ambrosius super Exameron ubi refectus cibo et stativa militum ... Item a sto stabilis le. Unde stabilitas i. firmitas i. mobilitas. Et stabilio lis livi litum firmare, statuere. Et componitur constabilio lis et est activum cum suis compositis. Stabilis componitur instabilis le. Unde instabilitas. Item a sto stabulum a um stabilis vel pluribus statim. Et hoc stamen nis filum tele scilicet orditura quod stantes solebant texere et tela erecta solebat disponi sursum pendens de trabe. Unde staminea a um. Item a sto vel status hec statua e i. ymago similitudo quia representat statum hominis. Unde hec staciuncula le diminutivum et statuarius a um ad statuam pertinens et hic statuarius rii qui statuas facit et hoc statuarium candela cum qua erigitur statua et eundatur vel crux vel altare. Item a sto hoc stagnum aqua stans artificiata pisces continens. Item stagnum dicitur quoddam genus metalli et dicitur a quodam greco scilicet stanathos quod est separans et secernens. Mixta enim et adulterata metalla solum per ignem metalla dissociat et ab auro et argento eris plumbum et secernit alia quoque metalla ab igne defendit. Unde stagneus a um secundum utrumque secundum predictionis et stagnosus sa sum et stagno nas ad instar stagni inundare abundare crescere vel stagno aliquid aptare separare. Et componitur constagno nas destagno

ab illo vel deorsum stagnat vel desiccat
vel stagnum removet. Instagno as intus
vel illic stagnare. Restagno as iterum vel
retro stagnare scilicet deficere vel redundare
vel removere stagnum. Stagno secundum quod
pertinet ad aquam cum suis compositis neutrum est,
secundum quod pertinet ad metallum cum suis compositis
activum est. Item a stagnum secundum diversas
significationes stagnarius a um ad stagnum
pertinens vel in stagno operatus et stag-
neus a um. Item a sto stolus li magna
classis navium vel dicitur
a stolon quod est missio quia per mare
mittatur. Ambrosius super exameron ubi
est navium stolus qui circuirat [illegible]
et hec stiva ve manica aratri scilicet
cauda a potiori unde hec stivola le diminutivum
et stivarius a um ad stivam pertinens et
hic stivarius rii qui tenet aratrum
per stivam vel qui stivas facit. Item a sto
hic stipes pitis id est truncus vel truncus ligni
qui sustinet aliquid quasi status pedis
et hoc stadium dii id est octava pars miliarii
constans centum viginti quinque passibus
et dicunt Herculem primo illud statui-
sse et id spacio determinasse quia ipse
sub uno spiritu cucurrisset et ideo stadium
appellasset quia ibi se respirasset
et simul stetisset. unde stadiolum diminutivum
et stadialis le ad stadium pertinens unde
et stadialis ager dicitur qui habet passus
centum viginti quinque. Item a sto
hic stater teris quoddam pondus scilicet me-
dietas uncie appendens aureos tres
unde et dicitur stater quia tribus soli-
dis stet unde videtur componi a sto et ter
et corripitur penultima in genitivo et hic semi-
uncia quod semis est de uncia hic et
semissis quia ponderis semis est hic
semiassis. Unde dicitur in evangelio ad Petrum
et mitte hamum et invenies in ore
piscis staterem et hec statera re pondus
quibus dragmas quatuor que sunt scrupuli
duodecim et pensat solidos tres. Item
statera dicitur trutina scilicet pertica optime
versa in libra posita dicta per quia
ex duobus lancibus et uno medio sti-
lo pendeat et stet et statera supponitur
totum illud instrumentum. Item a sto vel steti
hec sterva ve pellicula in qua pueri
in ventre involvuntur et morantur unde
mater sterva [illegible] designabit
eam et inde stervicus a um ad
stervam pertinens vel in sterva [illegible]

et infirmatus unde hic [illegible] sterilis solum
et hic et hec sterilis le infructuosus sive infe-
cundus in nichil aptus gignere et comparatur
unde sterilitas et per compositionem hec obstetrix
tricis id est femina que steterit tenet scilicet que
recolligit puerum de ventre procedentem
vel dicitur ab obsto as in obstetrix quasi
obstatrix quia obstat parturienti. Et in obste-
trico as hoc officium exercere. Item a
sto hec stirps pis id est radix truncus
unde hec stirps pis progenies prosapia origo
et stirpeus a um et stirpitus adverbium id est ra-
dicitus et stirpo as stirpes eruere et componitur
extirpo as evellere eradicare. Item a sto
hec styx gis palus infernalis quia semper
stet ad penam vel a stati quia potatam
statim interficit vel a greco stigestos quod
est tristicia quia tristes faciat vel que
tristiciam generat et sepe ponitur pro inferno
unde stigius a um et stigialis le. Item
a sto hec stella le quia videtur stare
et secundum hoc proprie dicuntur stelle que sunt in
firmamento. Et vide quod stella dicitur
quelibet singularis. Sidus plurium stellarum co-
llectio. Astrum grandis stella. sed quandoque
sidus hec dicit unam sepe confunduntur apud
auctores unde stellula diminutivum et stellaris
a um id est clarus vel ad stellam pertinens
et stellatus a um stellis ornatus vel ad
modum stellarum coloratus depictus. Et
stello as splendere ad modum stellarum vel
stellis colorare et ornare vel stellis di-
stinguere aliquid splendere. Et componitur constello
unde constellatio quod sepe ponitur pro ipso signo
stellarum et est neutrum cum suis compositis.
Item a stella hic stellio onis rep-
tile simile lacerte quia depictus est
quibusdam maculis ad modum stellarum
unde stellionatus a um varius fraudu-
lentus versipellis malefactor. Et hic
stellionatus tus tui maleficium fraudu-
lentia versucia. Item a sto hoc stabulum
li quasi statio bonum unde stabularius a um
ad stabulum pertinens et hic stabularius rii
stabuli custos vel equorum seu ductor.
Et componitur hic constabularius quod frequentius
invenitur hic comestabularius et designat
dignitatem sive officium unde hec comestabla-
ria cuius uxor vel dignitas. Item a stabu-
lum stabulor aris deponens quod antiquitus dicebant
stabulo as in neutro genere. [illegible] Dic-
tio stabulare subsequens [illegible] et est

absolutum ut equi mei hic stabulantur Item
a sto hic stilus li graphium quia stet in
cera et quietus longum est et erectum dicitur
stilus a stando uel a stilon quod est longum
unde stilatus a um stilo armatus et stilo as
stilo aptare uel designare et producit hanc
sillabam sti Et stilus componitur hic epistilium
capistellum quod supponitur columne quia
supponitur stilo columne Item a sto
hec tabes putredo sanies sed tabes est
que stat quasi stabes et fluit tabeo mor-
tuorum est unde hec tabella ditum et ta-
bidus a um putridus piger deficiens tabe
fluens et comparatur unde hec tabitudo et hec ditas
Item a tabeo tabui tabitus et tabo dativus
et ablativus in eodem sensu cum tabes et est dep-
tatum nomen et tabeo bes bui putrere
pigere deficere tabe fluere Et componitur
contabeo bes extabeo bes intabeo
bes et hic inchoativum tabesco contabesco ex-
tabesco intabesco Tabeo et eius composita
neutra sunt et carent supinis et producunt
hanc ta Item a sto status a um participium
unde tamen dicunt esse sincopatum a sti-
tutus a um et status ad tempus et hec statura
re status hominis scilicet eius magnitudo et
statura etiam dicitur pro iactu lapidis in aquam
unde tuli fuit in aqua redditus ipsius
aque unde lucanus Et statura reddi
potest sed et hic esse participium nomen
cam l vm

Item a supino statu addita o
fit statuo is statui statutum or-
dinare censere fabricare edificare
constituere ponere et componitur Costatuo
is simul statuere uel tamen ponitur absolute
i. sine accusativo tamen valet contulo ponere sine
unde Salustius in dierum tristimum constitu-
ere i. sine ponit Et Iuvenalis hic per
noctem nimia constituebat amice i. sine
ponebat Destituo is i. destituere derelin-
quere uel deorsum statuere uel a deorsum
sursum statuere Ovidius Si quis eas
voluerit destituisset homini Instituo is
decernere ordinare unde institutio et hec
institutio onis pro quodam libro legali tamen
in pluralitate institutiones onum uel instituta
torum Prostituo is pro pro aliquid statuere
exponere unde est unde meretrix que prostituuntur
i. pro pro se supponunt unde hoc prostibulum
domus meretricum Prudencius in Sicomachia
Eciam Attende prostibulum mancos pete et
hec prostibula le meretrix Sed quod compone
et prostibula Restituo is restitutum iterum

uel iterum statuere Substituo is subtus uel post
statuere subrogare in loco mortui eligere
et ponere Statuo et eius composita sunt activa
Asto stas componitur hic et hec antistes tis
i. sacerdos qui ante stat et orat pro plebe
unde hec antistita te sacerdotissa Et
hoc antisticium i. sacerdocium uel divinum Marcel-
venabili antistito prominebat que etiam
hec antisticia est dicitur unde ibi Demceps qui-
plures ex illis antisticiam professe et antisto
as uel antistito as i. excellere prestare Item
Item componitur hoc interstitium intervallum spacium
inter alia Marcianus iustitiorum ponderis
mensurare ob dimissitate Et hoc solsticium
et hoc interstitium sed de hiis processit sermo
Item Asto componitur absto as stiti et abstitum
longe stare cessare Assisto as stiti astitum
iuxta uel in conspectu uel ad servicium stare
Consto as constiti constitum i. simul stare et
constare i. constitui ut domus constat ex tecto
pariete et fundamento i. construitur Et constare
i. perseverare ut iste constat in proposito suo
i. perseverat Et constare i. certum et apertum esse
i. simul stare Et constare convenit ad precium
ut hec cappa constat tribus denariis unde
constans et comparatur unde constanter cum suis adverbiis
et hec constancia e Et componitur inconstans
et similiter comparatur unde hec inconstancia Cod-
sto as constiti constatum Desto as de-
stiti i. deorsum a proposito stare cessare
Disto as distiti i. differre remotum esse
in diversa parte stare unde distans et
distancia Et componitur indistans indistancia
Exto as extiti extitum i. extra stare a-
parere eminere unde hoc extum ti inte-
stinum quia facit prurire extare et
esse pro ambulum videtur cum homo sepe
ventrem Insto as instiri institum
i. contra stare uel impugnare insistere insu-
dare unde instans et comparatur unde instanter
cum suis adverbiis et hec instancia e et
hoc instans dicitur tempus simplex quod sic describitur
Quod cum sit finis preteriti est principium
futuri uel quod cum incipit stare esse desi-
nit Ut instans est brevissima pars temporis
que non expectat successorem Item a
insto hic institor oris i. mercator unde
quidam Institor ignotus vendebat non
zapchira tirius et hec instita te quedam
vestis talaris que et stola dicitur Instita
etiam dicitur latum cingulum sicut quo
puer ligatur in cuna Et hoc instar idest
similitudo uel potius ad similitudinem est n

ipse vincit hunc proprius ad seruiendum et non
det vetare ponet nisi in compositione hic
est instare idem i. ad similitudinem vnde instauro
as facere sicut primo i. restituere reficere ad
pristinum vel perfectius aliquid facere reparare
et componitur restauro as prima producta i. reparare
Presto as presti prestitum i. prestare
in proposito prosecutiue per scilicet presto as presti
prestitum ... i. ante stare vel prestare i.
... stare vel ... mittere se ...
est vinum melius quod prestat ... presto
stant et mittant ... vnde Plautus in
Ambigulione ... saltem in occultis
locis prestant vos in foro vnde hic presti-
bulum vel a prestituo vt dictum est presto
as presti prestitum i. ante stare vel preesse
vel precellere et prestare i. conferre dare vel
statuere et componitur presto as stiti statum i. co-
modare vel mutuare et est simplex et activum
Et a presto prestans i. melius et pre aliis
precellens valens. Item a presto as presto
aduerbium temporis vel loci i. in promptu ... quod presto
pre ... vel a presto as presti prestitus vnde
dici ... qui presto erant ad peticiones ...
Obsto as obstiti obstitum nocere im-
pedire contra stare vnde obstans et hec
obstancia e et hoc obstaculum. Resto as
restiti restitum resistere obstare et restare
i. super esse et superfluere et restare i. a
motu stare et cessare vnde restito as
frequentativum sepe in ... locis restare vnde
Plautus in Captiuis ... miseri resti-
tando lassi reddidit nunc. Substo
as substiti statum i. subesse subtus stare
vel subsistere vnde hec substancia e quia
substat accidentibus vnde substancialis le ... sub-
stantialitas i. cuiuslibet substancie. Item a substo sub-
stantiuus ua uum et componitur vel a substantia substantiuus
a um vel secundum vel ad modum substancie ...
vel suppositus vel modo substancie designata
vnde substantiuo as substanciam facere. Supersto
as stiti stitum i. superesse superfluere vnde
hic et hec superstes ... et hec supersti-
cius i. dampnum et pena et superflua
religio et obseruacio ... cultura idolorum
et dicitur sic a superstitibus i. a senibus
quia multis annis superstites per etatem
delirant et errant quadam superstitione
nescientes que vetera colant ... di-
citur a superstantibus i. a deis quasi ... de
deis non timenda timens vnde superstitiosus
a um falsus vel vanus ... religiosus ... et
ydolorum cultor vel demoniorum ... super-
stitiosus dicitur qui totos dies precabat
et immolabat vt sibi sui liberi superstites

essent. Sto et eius composita communiter sunt neutra
preter presto ... quod est activum. Item omnia
composita a sto faciunt preteritum in stiti et supinum
in stitum et vero in statum vt constatum asta-
tum etc. Stemmos grece latine corona unde stem-
mos ... Steblunta lasciuiens. Strecas herba
est que in insulis Stecadibus nascitur vnde et
dicta est. Stephanus grece latine corona dicitur
vnde Stephanum interpretatur corona grece sed hebra-
ice norma quia per ... fuit in martirio ad
imitationem fidelium. Stegnos et ...
i. astrictio et solutio ... infirmitates vnde
stegnopatia dicitur astrictio corporis quod ...
... Stemon ...
Stematon tumor mollis ... Hoc
stema tis i. nobilitas vel ordo imagi-
num nobilium vel honor vel dignitas vel
corona vel ornamentum ... Stemata
quod faciunt. Stemmata est dictio ...
... quos faciunt in genere ad gradus
cognacionum parcium... sic ille pater
ille avus ... proavus ille atavus etc. Ste-
mino grece latine ... vnde stemmatis
tristis ...

Sterno nis straui stratum i. prosternere
Spacificare ... obruere vnde
quidam volens distinguere has
... inquit sternit equos ... lectos
asellus et hostes vnde hoc stratum pro lecto
... et hic stratus tus dicitur vel stratum quasi
storiatum a storiis in quibus antiquitus cu-
babant nondum ... stramentis repertis
et hoc stramen nis quod aut alia sternitur
vel super lectulum quod et hoc stramentum dicitur
Et a stramen stramineus a um. Item a
sterno sternax acis qui facile et sepe
sternit vel sternitur et componitur et hoc strato-
rium i. stabulum iumentorum vnde Josephus
in primo ... Rachel hec ...
posuit ydola in stratorio cameli et
etiam stratoria dicuntur lectoria que i. lectis
sterni solent. Item a sterno hoc storium
quia ... non dum enim vt dixi
... stramentis repertis in herbis accuba-
bant vnde hoc storiolum di. et storio as
storiis ornare vnde storiatus a um
storiis ornatus et est activum. Item
a sterno vel strato hoc stragulum vel
stragula vestis est discolor que ...
... dicitur et manu artificis diuersa
varietate distinguitur et dicitur quia ...
strato et amictui apta sit de qua Sa-
lomon stragulatam vestem sibi fecit.
Stragulum etiam dicitur stratus caballi vnde
stragulatus a um et stragulo as va-
riare. Item a sterno et pes ...

ti et hec tapetes tis et hoc tapete tis in
eod[em] s[e]n[s]u et dicitur etiam tapeta quasi stapedia
quia pedibus p[ri]m[u]m sternuntur quod ad hoc fit
tapeta aut alia simpla sunt aut amphi
taba Simpla tapeta ex una parte villorum
tapeta quasi simplicia Amphitaba ex utraque
parte villosa tapeta linealis Simpla atque
amphitaba villis ingentibus Item a sterno
hoc sternium locus aptus ad sternendum et
componitur hoc lectisternium locus ubi lecti
li sternuntur vel lectus vel quod in lecto sternitur
et hec stracia e i. milicia unde hic strati
lites dicitur miles vel milicia et hic strator
miles vel ad miliciam acuitus qui et stra
cion ont dicitur Item a sterno hic
stracerus ei i. pretor et hic et hec stragilis
le miles a sternendo et hic strabo onis
qui oculos habet obliquos qui et hic strabus
dicitur unde hec straba Gregorius nazanzenus
Strabi videntur nimis si milos oculis si
bi Item a sterno hec strata te via munita
que pedibus vulgi trita et est de lapidi
bus strata et parata unde et dicitur dila
pidata et hec strepia e cauda serpentis
et hoc strenitus ti unde sternuto as i. ster
nitum facere Item a sterno hoc stercus
oris quia sternitur in agris vel quia ex
tergi oporteat quicquid sordidum i. cum te
redundat vel quod vero e a sterten
qui et stercucius dictus est qui stercora
agri vacans primus induxit in italia
vel et fimus dicitur quia fiat inde stercus
quod eciam letamen dicitur quia suo in
tinctu leta faciat arva et reddat pi
gnia unde stercore as a vel et stercosus
sa sum stercore plenus et inquinatus et
utrumque comparatur et stercoro as stercore
inquinare vel impinguare unde quidam
poeta Plecos ortos plus oleo quam st
coro Et hoc sterquilinium i. stercus vel
locus plenus stercore et videtur compositum
a stercus et liqueo Item a sterno hec
stlata e i. navis vel purpura unde hec
stlataria ne i. navis marina vel via
in mari vel via in celo que ducit na
vitas vel purpura que per mare fertur
vel vestis cum purpura et stlatarius a
um i. marinus vel purpureus et hic stlator
oris compositor navis marine vel vestis
purpuree sive regiare sellare
Sterno componitur asterno nis astravi a
stratum i. ad vel iuxta vel valde sternere con
sterno nis constravi constratum Et consterno
que deponis inveitur et ponitur coniugacionis
et est consterni animalis vel corporis vel ma

nipuli vel lectuli vel aselli vel maris
Et consternari menti est consternari enim
est mente deficere terreri stupefieri ca
dere exanimem esse vel a quo timore vel
a quo casu et utrumque comparatur a eo et stno
Adsterno nis circumstravi desterno nis
destravi i. valde vel deorsum sternere vel
de est privativum ibi quasi a pace vel a pa
ratu removere vel sellam auferre quod
et dissellare dicitur Insterno nis instravi
i. valde sternere vel in Persterno nis
avi perval et are vel per a quo stnere
Presterno nis avi super vel ante
sternere Substerno nis substravi i. subtus
vel post vel parvum sternere Sterno et eius
composita in o anima sunt activa et fa
ciunt preteritum in stravi et supinum i. stratum

Capitulum lii

Sterto tis stertui supinis caret
i. naribus resonare cum quis
dormit unde et sepe ponitur
pro dormire Stibium vnguentum
vel color nigre cerussa quo molles
solute et meretrices solebant uti Sti
chos grece latine dicitur versus Et compone
tur hemis quod est dimidium et dicitur
hoc hemistichium i. dimidius versus quales
multos inveniuntur in virgilio Et di
dya quod est duo et dicitur hoc disti
chon grece sed distichium latine quod et di
stichum invenitur i. opus vel carmen duorum
versuum vel prius in duobus versibus
comprehensus unde Theodolus Hoc
in distichum carmine complectere cum Et cum
monos quod est unum et hoc mona
sticon vel monasticon cuius unius versus
vel monostichum Stiga dicitur stimulus
aculeus corpori inatatus unde dicitur
stimulus quasi stigulus scilicet aculeus corpori
inatatus i. molestatus unde stimulosus
sa sum et comparatur et hec stimula le que
dea stimulorum et stimulo as pungere
titillare incitare cogere urgere inflamare
Et componitur instimulo as et est activum cum
suis compositis Item a stiga hoc
stigma tis i. signum punctum caracter
scripto coctura impressio que fit cali
do ferro unde quidam Stemma genus
dicas coctura vobis Pro hoc thema
fiunt genus hec terra ne... vel stigma
dicitur a stinguo is quod est signo as unde
stigmaticosus sa sum et comparatur Item a
stiga stigo as i. stimulare unde instigo
as valde stigare quod aut dicitur instigare
quasi in stimulum agere vel instinctum agere

altissima est et nomen compositum stimicon quedam
pastor quasi stilo micon / Stilon interpretatur
longum micon celsum in stimicon quasi longus
et celsus [Capitulum lb]

Stinguo guis guit stinxi sti-
guere stinctum i. signare vel ex-
stinguere mortificare vel instigare
sed non sunt in usu. Unde stinctum quedam
herba scilicet satirion quia venenum extinguat
et incitat. Stinguo componitur distinguo
guis distinxi distinctum determinare
designare dividere separare punctare et
componitur subdistinguo is subdistinctum
facere vel parum vel pariter distinguere. Extin-
guo guis extinxi extinctum morti-
ficare et proprie ad ignem. / Instinguo guis
instinxi instinctum i. instigare persua-
dere vel mortificare. Unde instinctus tus
i. instigatio persuasio. Restinguo guis
i. extinguere iterum mortificare. Stinguo
et eius composita activa sunt et faciunt
preteritum in xi et supinum in ctum et quantum
ad modum (?) et sequentem vocalem. Hec stips
pis quoddam pondus quod olim militibus
stipendiariis distribuebatur pecunia et
ponitur pro obulo et quia obulos sepe sole-
bant dari mendicis in elemosinam ideo stips
quandoque dicitur mendicitas quandoque elemosina
dicitur. Unde hic stipis mendicus qui
petit stipem. Et stipis componitur obstipus
i. valde inclinatus quia quasi stipem petit
et accipit caput inclinat vel componitur
ab ob et stipes quasi contra stipitem inclinatus
unde obstipo as i. inclinare. Item a stips
stipo as i. condensare et vallare circumdare
congregare replere protegere componere fulcire
unde stipatim adverbium et hec stipatio quedam
herba que tenuem virtutem in radice habet
ut frusta carnis apposita in cacabo
coagulet. Et hoc stipadium i. scacarium
quia hominibus ludis spectantibus stipatur.
Sidonius vocat ibi stipadium et prim(?)
abacus et hoc stipadium genus mense
vel stipendium. Vel dicitur a stipitibus
quia stipadium fit eorum (?) acceptione
Et hec stipa pe quedam parva arbor
ut dicunt stopa quia ex ea stipentur
tecta hec et sepe ad fornaces et fur-
nos calefaciendos colligitur. Unde hec
stipula le diminutivum. Et hec stipule dicuntur
folia vel vagine quibus calamus ambitur
et fulcitur ne pondere frugis curvetur
et stipule proprie calami segetis dicuntur
dicuntur ergo stipule vel a stipula pro-
prietatem quia fulciunt et condensant

Stipa

vel ab usto quia usturale (?) quia collecta messe
uruntur propter culturam agri. Vel a palea quia
mundo palea perditur stipula. Item
a stipo as hec stupa pe et est carta pi-
ni vel lini dicta sic quia ex ea rimine na-
vium stipentur. Unde hec stupula le diminutivum
et stupeus a um et stuposus sa sum et
stupo as aliquid stupa obturare. Et componitur
destupo as extupo as quod vel valde stu-
pare vel stupam removere. Instupo as
restupo as et est activum cum omnibus suis
compositis et producit hanc sillabam stu. [Capitulum]
Item a stipo as stipulus a um i. firmus
unde stipulor aris i. interrogare querere proprie quod
stipulari est interrogare et querere petitione
cum responsione facta promissione et si interro-
gans dicat dabis mihi centum et si ille dicat
ille dabo hic est stipulari. Unde stipulatio
proprie quedam dicitur interrogatio petitiva adiuncta
responsioni promissive sicut premissa ut dabis
quod dabo. Et dicitur stipulari a stipulo quod
est firmo quia stipulatio firma debet esse et
teneri persolvi quod stipulatione promissum est
vel ut dicunt a stipula dicitur. Veteres enim
in stipulatione stipulam frangebant quam iterum
iungentes stipulationem suam recognoscebant et
quia in stipulatione continetur interrogatio et
promissio ideo stipulari sepe ponitur simpliciter
pro promittere et pro interrogare vel petere sive
querere. Et nota quod stipulor erat antiquitus
commune sed modo neutrum et construitur cum accusativo
et ablativo mediante a vel ab persone ut sti-
pulor a te decem solidos i. quero. Et componitur
astipulor aris confirmare vel auxiliari unde
astipulatio auxilium vel confirmatio. Consti-
pulor aris simul stipulari. Restipulor
aris iterum stipulari et est deponens cum suis
compositis. [Capitulum] Stipo componitur circumstipo as con-
stipo as emittere evacuare. Instipo as valde
vel in stipare mittere. Obstipo as undique
circum stipare vel obturare. Restipo as iterum
stipare vel evacuare emittere. Substipo as
subtus vel parum vel parte stipare et est activum cum
suis compositis et producit sti. Stips componitur
cum pendo dis et dicitur hoc stipendium lucrum
precium fructus laboris proprie tamen stipendium
dicitur quod militibus stipendiariis dabatur
pro precio sic dictum a stipe pendenda. An-
tiquitus enim plus solebant pecuniam
appendere quam numerare. Unde stipendiarius
a um ad stipendium pertinens vel stipendium
dans vel potius recipiens. Stipendium (?)
nentium (?) de veruntibus (?) / hec. [Capitulum lx]

Stiria e i. gutta fluens vel cadens
et congelata et dicitur gutta dum stat
et pendet stiria dum cadit et de-
fit a gelu (?) hec enim stiria gutta

unde stiria dicitur arbor cuius fructus est granum
gutte similium que et storax arbor dicitur quasi
stirax secundum stirax grece storax latine Et a sti-
ria hec stilla dictum, unde hec stillula diminutivum
dictum et stillosus plenum quod et stiriosus a
um dicitur et stillo as guttatim vel stillatim
emittere et fundere Et componitur constillo as per
stillare distillo as diversis modis vel ger-
stillare instillo as intus vel valde stillare
destillo as item vel retro stillare Et est neu-
trum sicut composita. Item stillas per .m. componitur
et dicitur hic stilbon ontis id est mercurius quasi
stillans bonum et est nomen sumptum a ne-
utri parte sui vel stilbon quasi stilla boni
quia eo surgente surgunt et pastores
vel stilbon interpretatur velox quia velox
est planeta. ¶ Item stiria vel stilla
componitur cum cado et dicitur hoc stiricidium et hoc
stillicidium cadentis stipis secundum stilla cadens
vel locus ubi stille cadunt vel locus a quo
vel per quem cadunt unde stillicidiosus a um.
Item a stiria hoc stiricillum barba capre
quia pendet ad modum stirie et stiricus
a um id est stirilis et stiricium quidam dolor.
Stoa grece latine dicitur porticus unde Stoicus
a um, porticus enim athenis fuit in qua
picta erant gesta sapientum et virorum for-
tium. Philosophi in hac porticu sapientes
philosophabantur unde et stoici dicti sunt unde
hec stoicida de femina in stoica secta
valens vel stoicida quasi mollis et effeminatus
quasi femina. Item a stoa hec stoax cis vinea
et hec stoacia ce quedam herba. ¶ Stolo
vel stolos grece latine dicitur missio unde hec
stola .e. id est missio et hec stola e matro-
nale operimentum quia cooperto capite et sca-
pula a dextero latere in levum humerum
mittitur unde et sic dicitur quia submittatur
et retinum latino nomine dicitur quia dimi-
dia eius pars retro reiicitur quod vulgo ma-
vortem dicunt quasi martem signum enim ma-
ritalis dignitatis et potestatis in eo est ca-
put enim mulieris vir est et super mu-
lieris caput est unde stolatus a um stola
ornatus et stolo as id est stola ornare. Sto-
lon componitur cum pre et dicitur prestolor aris
deponens id est expectare. Hoc ille dicitur prestolari
qui promissus expectat licet quandoque pro expec-
tare ponatur secundum cum prestolor producat pe-
nultimam videtur quod componatur a stolon cum epistola
ab eodem compositum penultimam non producat, non
alii dicunt quod componitur a presto et olim
quia qui prestolatur aliud expectat cuius
dum presto est et non quod prestolor in eodem
secundum componitur cum epi et dicitur a stolo prestolor
tibi quod prestolor te. ¶ Item stolon
componitur cum epi quod est supra et dicitur hec epistola
la quasi supra missio quia supra internuncium
mittentis gerit officium nuncii unde epi-
stolaris re et hec epistolare ris et hoc
epistolarium liber epistolarum et sumitur hic
et hec epistolista ste id est epistolarum scriptor.
Item a stolon hic stolon vel stolo onis
frutex vel radix vel truncus arboris.
Item stolos componitur cum apo quod est re-
tro et dicitur hic apostolus id est missus
et dicitur apostolus quasi demissus id est de ce-
lo vel a deo missus. apostolus grece
siloe hebraice missus latine unde hic
apostolatus tus officium vel dignitas
apostoli et apostolicus a um et hic apostolicus
pro papa et apostolici dicti sunt quidam
heretici quasi nichil possidentes quia non
recipiunt eos qui aliquid in hoc mundo
utuntur et apostolatus re. Apostolus componitur
cum cum coapostolus id est simul cum alio apostolus. ¶
Item stolos componitur cum apo et dicitur hic et hec
apostota te prius reniciatus refuga
retro missus quia ibi dicitur apostota qui
primo bene agit secundum postea pervertit et
male agendo retro abiit unde videtur
componi ab apo et status quasi retro status
ut dicunt Dicitur ab apostolus per contrarium
vel ab apostas a um quod est perversus et
contrarius et fit ab appeno unde aposta-
ticus a um perversus et hec apostasia e
renunciatio retro ad malum acio et apo-
stato as retro abire a bono proposito agere
unde in libro sapientie vinum apostatare facit
etiam sapientes. Stomacus grece os ventris
latine quia venter sit et cibum excipiat
et ad intestina transmittat. Stomos enim grece
latine dicitur os unde stomatosus a um ira-
cundus furibundus et stomaticus a um qui
infirmitatem patitur in stomaco et hec stomi-
cilla le quidam mitus et stomacor aris
fluere irasci indignari ¶ Capitulum lxxxiii
Studeo des dui operam dare va-
care discipline invigilare hoc
quod studere est enim magna vo-
luntate vehementer animum aplicare ad aliquid
perficiendum unde studiolum et hoc dictum et
studiosus a um et comparatur. Studeo componitur
instudeo des dui valde studere et est neu-
trum sicut compositum et caret supinis et producit
stu. Stupeo pes pui mirari terreri timere
esse vel fieri stupidum et quasi sine sensu
unde stupidus a um segnis stupens et comparatur
unde stupido das stupidum facere et stupefacere
Unde quod pavidum stupens sapiens
¶ Item a stupeo hic stupor oris

et est stupor casus mentium et virium
auferens et singula impediens Unde
stuporitas a um stupefactus et stuposus
sa sum et componitur Stupeo componitur stupefacio
cis et stupefio fis stupefactus Item
stupeo componitur astupeo pes valde stu-
pere vel a stupore cessare liberari Instu-
peo pes valde stupere Obstupeo pes
undique stupere vel ob aliquid stupere
Restupeo pes et ab omnibus inchoativa
stupesco astupesco etc Stupeo et eius
composita vernit sup et corripiunt stu Stu-
prum illicitus concubitus et est proprie in virgine
vel in moniali et videtur dici a corrum-
pendo Unde stupro as stuprum commit-
tere vel stupro corrumpere Unde hoc stupra-
torium locus stuprandi Et componitur
constupror aris et est deponens non simplex [illegible]
¶ Stur stura re quidam fluvius hispa-
nie et componitur cum a quod est iuxta et dicitur
hic astur ris quidam populus hispanie
quia circa sturem fluvium habitat Unde
hec asturia e regio eorum et civitas
Unde asturiensis se Item astur dicitur quedam
avis quia apud illam gentem abundat
vel ab ave et sterno Item ab astur
hic asturco onis id est equus quia apud
illam gentem [illegible] equi abundant
vel componitur ab hasta et sterno quasi sternat
cum hastis Unde legitur in suetonio
quod Iulius cesar paucis diebus ante
quam occideretur sompniat quod in stabulum
descendens asturconem suum [illegible] caput
[illegible] videbat et in rethorica Dedit loco
asturconi [illegible] pane Ubi legitur
et asturconi et est astureo auceps
vel astur ab ave et sterno quasi sternat
aves Stlopus est inflatio oris Unde
et stlopo sonitus [illegible] rumpes
buccas ¶ Strena ne quod vulgo dicitur
strenna scilicet quod primo datur alicui in ka-
lendis vel in primo die anni vel septi-
mane pro bono omine et dicitur strena
quasi sine trena vel quasi secundum a trena id est
a lamentatione quasi hilare dari debet Unde
hec strenula diminutivum et strenuosus sa sum
qui sepe dat vel accipit strenas et
strenuus a um qui libenter facit strenas
scilicet largus clarus strenuus impiger velo-
cis acutus fortis et componitur per simplicitatem Et
[illegible] strenuus [illegible] Unde hec strenu-
itas tis et strenuus a um id est strenue vel
strenare [illegible] Item a strena strio
nas [illegible] strenam alicui da-
re strena aliquid [illegible] hilare Strepo pis
pui strepitum sonum facere Unde hic strepitus
tus et hic strepor oris et strepito as

frequentativum Strepo componitur astrepo pis constrepo
pis instrepo pis perstrepo obstrepo et e-
[illegible] cum suis compositis et faciunt preteritum in pui
et supinum in pitum [illegible] penultima et cor-
ripiunt sive [illegible]

Strideo des vel strido dis dui sed
frequentius stridi id est fortiter sonare
dentes contra se stridendo Unde stri-
dor oris et inde stridosus sa sum
stridore plenus et stridulus a um stridulum et
hec striges id est patella et instrumentum quo
pueri vas [illegible] et [illegible] et instrumentum
quo equi mundantur quod potest dirivari a
tergeo ges et instrumentum quo [illegible] mundatur
et sudor corporis eraditur quod et strigil
dicitur per apocopam Item a strideo hec
strix gis nocturna avis de sono vocis
dicta quia cum clamat stridet hec avis
vulgo amia dicitur ab amando parvulos
Unde et lac fertur prebere nascentibus Strido
et strideo cum suis compositis si qua sunt
veniunt [illegible] et faciunt preteritum in di et quod
in dui [illegible] et [illegible] et [illegible]
[illegible] ¶ Stringo gis strinxi
strictum Unde hec strictura re scintilla que
exsilit ab igne vel a ferro calido et hec
stringuria vel stranguria id est constrictio urine
et hec stringula [illegible] et hoc stringum
genus vestimenti et hoc [illegible]
[illegible] et hec stingula le genus piscis
et hec [illegible] vasa liquorum et hec
striginos quedam herba scilicet uva lupina
que latine herba salutaris quia dolorem
capitis et stomachi incendium mitiget
[illegible] et uva lupina quia semen eius [illegible]
simile fit Item a stringo [illegible] et hec striga
[illegible] et strix quedam monstra [illegible]
et [illegible] hominibus [illegible] ad instar eius la-
[illegible] scelerati [illegible] mutantur et
[illegible] magicis cantibus [illegible] veneficis
totis corporibus in feras [illegible] ¶ Strin-
go componitur astringo gis constringo gis
distringo gis diversis modis stringere
Unde districtus a um severus [illegible] districtius
et componitur et [illegible] ampliare structuram
[illegible] vel leviter tangere Extringo gis
[illegible] vel valde stringere vel a stiria removere
Instringo gis perstringo gis perfecte stringere
leviter tangere somnum [illegible] perstringo gis
valde vel circum stringere Unde hoc perstringium
quedam species magice artis scilicet quando
sensuum illusio et dicitur perstringium a per-
stringendo quia acies oculorum perstringit
[illegible] perstringium incredibiles rerum mutationes
videntur sicut ut [illegible] videtur castel
lapillus talentum seges [illegible]

galeata vel componitur prestigium a pre et stringo quia
quedam stigmata faciat pre id est ante faciem hec
species artis magice dicitur inpermisse vicium
unde prestigiosus sa sum et prestigiabi-
lis ¶ Et prestigio as ludificare prestigio
acies aciem oculorum obscurare. Abstringo quod compo-
nitur vel componitur stringo unde obstigillus quedam
genus calciamenti et sunt obstigilli qui per
plantas consuti sunt et consuperiori parte cor-
rigia trahitur ut constringantur unde et notatur
destringo gis inxi ut strictum stringo vel com-
primere et a structura removere. Substringo
gis subtus vel parum vel prope vel sursum strin-
gere. Strungo et eius composita activa sunt
et faciunt preteritum in xi et supinum in structum
secundum Ebrardum.

Strophos vel trophos grece latine dicitur
conversio unde hoc strophium cingulum
et proprie aureum tum genus est a pecto-
re per quem cinguntur virgines et hec strophas adis
quedam insula cum enim Zechus et Kalais
arpias fugassent usque ad quasdam insu-
las in conversione sunt retro a qua conversione
insule ille dicte sunt strophades in quibus
insulis quia arpie remanserunt et ibi ple-
rumque abundant ideo arpie dicte sunt strop-
halide a strophadibus ¶ Item a trophos hic
strophius deceptor impostor fraudator
et hec stropha le retorta fraus argumen-
tacio varia fraus deceptio nequitia cal-
liditas impostura. Unde hec strophula le
diminutivum et strophaticus a um fraudulentus
callidus impostor versutus ¶ Item stropha
dicitur conversio simpliciter in cantilenis et componitur
hec antistropha id est contra conversionem simpliciter
Stropha enim fit mutatis de responsorio
ad versum ubi est quedam conversio mutate
melodia paris. Antistropha est quando
finito versu reincipitur ipsum responsorium
vel eius medietas. Unde cantus hymnorum
inventus est per stropham et antistropham
ad sonum firmamenti volvendi et placandi
quem tamen conversionem celi voluerunt unde quidam
cantus solebat esse in ecclesia quos vo-
cabat strophos. Unde Macrobius In ipsis
celi hymnis decorum per stropham et anti-
stropham metri canoris versibus adhibe-
bantur ut per stropham rectus orbis ste-
lliferi motus per antistropham diversus
vagorum regressus predicaret ¶ Item
a stropha hec stroma opus varie
contextum unde hoc unde hoc stramacium tum
quod varie contextum tum genus. ¶ Item a
strophos vel trophos hoc trophetum spo-
lium ab hoste in fugam converso exceptum

et tropheum victoria de hoste in fugam
converso et exultacio et leticia sive honor que
dabatur olim pro hoste in fugam converso et
erat talis honor quod totus populus ei occurrebat
obviam et eum leticia cum introducebant
in civitatem et hic trophius quidam cantus
in ecclesia a conversione sic dictus ¶ Strophos
componitur cum apo quod est de vel re et dicitur
hec apostrophus id est virgula sic facta (quam
ponimus pro vocali deficiente ad finem litteram posita
in quibusdam dictionibus in fine tribunal. pervin'
viden' quia non audiuntur decesse in fine dictionum
ultima vocalis ut tribunal pro tribunale
pervin pro pervine viden pro videne et
ideo hoc ordinem ibi ponitur vel ideo ut notetur
ibi accentum debere poni in fine vel ideo
ut notetur ultimam consonantem cui subtracta est
vocalis revocari et apostrophari id est conuerti et
reuerti ad precedentem vocalem. Unde et apo-
strophus dicitur et conuersus componitur hec apostro-
phe phes et conuersa ¶ in ¶ a dicitur hec apostro-
pha id est conuersio vel conuersio sermonis ad aliquem
et proprie ad aliquem absentem quasi presentem
unde apostropho as dirigere vel conuertere
sermonem ad aliquem ¶ Item strophos componitur
cum monos et dicitur monostrophos di-
strophos tetrastrophos. Unde invenitur
hec oda est monostrophos hec distro-
phos hec tetrastrophos Monostrophos
dicitur oda illa que tantum unam metri va-
rietatem habet ¶ Et distrophos dicitur oda id est
que habet in secundo versu repetit varietatem. Te-
trastrophos que in quarto ¶ Struo
is struxi structum id est componere edificare
ordinare preparare unde structio et hec
structura re et structibilis le et hec
strues struis compositio congeries collectio
unde hec struecula le diminutivum et hoc struma
est gibbus in pectore quasi strues humorum
unde strumosus a um et comparatur unde hec
strumositas gibbositas Struo componitur astruo
is affirmare asserere assimilare Construo
is simul struere unde constructio et constructivus
a um et constructibilis le. Destruo destruo
is dissipare decorsum a structura componere
extruo is id est valde vel extra struere instruo
is informare docere. Perstruo is penitus vel
valde struere vel perdocere Obstruo is conti-
struere vel undique obturare obicere impe-
dire Struo et eius composita activa sunt et
faciunt preteritum in struxi et supinum in structum
Struthios hebrea est quam quidam hebream lauariam
vocant quia plerumque lanam cocta lauet Stru-
pi sunt parvulo loro vel lino facta quibus
remi ad scalmos alligantur de quibus
Plinius Scio quod remos iussit alligari

strepis, quidam tu strophis vel strophe
dicuntur

Thabarim i. desterid
asilus hic thabanus
animalium Thabana
interpretatur bona Thabe-
tus lapis tenebrosus
Thaburrus mons est
Thabita hebraice do-
rcas grece puella vel
capra latine Taceo ces tui citum
unde tacitus a um et hic et hec tacitur-
nus i. furunculus qui et thaphatus dicitur
et taciturnus a um qui facile tacet et
comparatur unde hec taciturnitas tis Taceo componitur
conticeo ces tui conticitum Abticeo ces tui
citum Subticeo ces tui citum subticere vel
post tacere Reticeo ces tui citum et ab
iste inchoativa tacesco conticesco re- Ta-
ceo et eius composita mutant e in i et faciunt
preteritum in ui et supinum i. citum Item taceo
corripit ubique ta quam composita verbi
mutat in ti et corripiunt ti Thadeus
interpretatur corculus i. cordis cultor Tha-
phenus herculeus Thaphos i. tumulus
sepulcre Et componitur hoc epithaphium quod
superscribitur tumulo mortui Thaphicus
a um i. arduus Thaphrias insanus
pens vel optimum signum interpretatur Thagus flu-
vius est cuius arenas Thagestas
Tertia hec thagestus vel thagestus civi-
tas vel mos ¶ Thaginata dicuntur omnia
hic et hec talis et hoc tale i. simile unde
taliter adverbium et hec talio onis eius dei vel
recompensatio vindicta similis delicto ut
si dens pro dente oculus pro oculo eruatur
et ita patet est in ine lex quidam ex dicatur
beneficium Et hoc talentum quoddam pondus
quod summum esse perhibetur in grecis nam nichil
est talento minus nichil est talento maius
cum parvum pondus apud diversas gentes
sive dicatur apud romanos enim est talentum
lxx duarum librarum sicut plautus ostendit
qui ait Duo talenta esse centum qua-
draginta quatuor libras unde ad quendam
qui tot debebat iocose dixit Tot ta-
lenta debes quot homines sumus ego et tu
i. duo si est talentum triplex quinque me-
dium et summum minimum l. medium sep-
tuaginta duarum librarum Summum centum
xx est Hec thalia est una musarum
thalamus grece cubiculum vel cingulum
lecti unde hic talamus dicitur apud nos
cubiculum vel tunica vel cingulus lecti
sponsi et sponse vel talamus dicitur a the-

lamone duce qui cum romulo et cum an-
Sabinas quandam nobilem rapuit et respon-
sum est oraculo eam ei deberi et quia felices
fuerunt ille nuptie institutum est ut in omnibus
nuptiis talami nomen iteretur vel talamus
dicitur a thelemie greco quod latine dicitur
voluptas Et componitur hoc epithalamium carmen
qui fit super thalamum i. super sponsum et
sponsam unde epitalamicus a um Tha-
lassius i. colosphus qui et inthabius
et intrabus dicitur ¶ Thalatre vina
pellis Hec thalassia i. mare quod et
thalatia dicitur unde thassus a um i. ma-
rinus et per compositionem hic bithalassium i. concursus
duorum marium Hec talpa pe quoddam anima-
lculum quod in terris gignitur damnata perpetua
cecitate Est enim absque oculis quamquam ipsi fala-
tam vocant Thama mat Thamar interpretatur
amaritudo pro viris mortuis castitas et com-
mutas mutavit enim sic in thitu merenes
quod cum socero suo dormivit Tam adverbium
comparative vel grandi vel similitudinis unde fatu
a um unde tantulus a um et tantillus
a um ambo diminutiva modicum Tantum componitur
cum demum et dicitur hoc tantundem greco tan-
tundem adeo tantum et non est simplex ut
tantum valet quantum et illud. Et tanti-
sper i. interim vel intra Item tam componitur
tametsi i. quamvis quamvis adversativa ¶
Tamen quamvis adversativa unde tamino
as i. adversari vel Et componitur attamino as
i. adversari Contamino as i. polluere dicitur
pare Et est actum alia precepta sunt memori-
Et non est attamino as est pisare farina
cum setaceo et dicitur quosdam unde hoc atta-
men inis ipsum setacium Tanaros i. pug
mesis Tamen fuit pinus rex Scitarum
a quo tanais fluvius dictus est et facit
genitivum taneis vel taneos vel tanetos Th-
anna interpretatur descriens Tantalus pater
fuit pelopis Et tantalus avis quedam
ardeam vocant unde tantalides de filius
vel nepos tantali Et hec tantalis dis
filia vel neptis tantali Taneus mons
[illegible] ¶ Thanatos i. mortale vel mors
unde thanatus a um i. mortuus et thana-
thos insula gallici oceani dicta a morte
serpentum et terra cum cuiusque generum in-
vecta sit illico perimit angues Et componitur
hic biothanatus bis mortuus et mobile
pro declinari biothanatus tui tum Item
componitur cum a quod est sine et dicitur athana-
tos i. immortale unde athanatus a um i.
immortalis et hec athene arum quedam
civitas quia athanate i. immortalis propter
studium sapientie que immortalis est quod olim
ibi viguit unde athenensis se
Capitulum secundum

Tango gis tetigi tactum vnde hic tactus
tus et tangibilis le Et componitur tango
attingo gis attigi attactum idest de uel
innus tangere uel accidere Contingo gis
contigi contactum idest simul tangere uel accidere
vnde contactus tus et contiguus a vm idest vicinus
proximus qui contingit domum alterius vnde
dicitur contiguo as contigui idest coniungi esse uel
fieri contiguum et hec contiguitas vicinitas
Item a contingo hoc contagium et hoc contagio onis
id est corporis passio vel labes putredo lues uel mor-
bus pecorum sine omnium quia contactu pro-
ximo totus grex corrumpitur vnde contagiosus
sa sum sordidus Obtingo gis tigi idest contin-
gere uel vndique tangere uel accidere sed accidit
malum euenit casu obtingit forte contingit
facta Tango et eius composita pertangere
actiua sunt pro accidere neutra Item composita
a tango in preteriti mutant a in i et
faciunt preteritum in tigi et supinum in tactum
Thaos gemma pauoni est similis Tapsi
tampus vnde tapsus quedam gemma
insula stadiis decem a Sicilia remota
iacens et planior Taprobane uel ta-
probanca insula Indie vbi dicunt
in vno anno duas esse estates et duas
hyemes et bis floreri vinare locum Sit
Taras re neptuni filius fuit a quo ta-
rentum ciuitas dicta est et fetam vnde taren-
tinus a vm Tarsis de quo Japhet fuit
a quo Cilices descenderunt vnde et ciuitas
eorum dicta est tarsis que tarsus dicitur de qua
ciuitate fuit Paulus apostolus Tarsus etiam
uel tarsis potest quidam locus Indie vnde
tarsensis se Tartarum grece latine dicitur hor-
rere et tremere vnde hic tartarus sed in plurali
hec tartara scilicet profundissimus locus inferorum de
quo nemine comparauit deus illic enim est
fletus et stridor dentium horror tenebrarum
tremor frigoris vnde tartareus a vm
Tarmus verimis est lardi Tarata veste
regia uel purpurea toga que et tarrea dicitur
Tam m

Tardo as idest morari uel impedire
retinere differre tardum facere vnde
tardus a vm et comparatur vnde
tarditas et tardiusculus a vm idest aliquantu-
lum tardus et hec sunt turdus qui tar-
dus que auis quia tarde volat uel
quia tarde se refecit scilicet in fine autumni
vnde hec turdela le quedam alia auis
qui maior turdus et turdinus a vm Item
a tardo tardito as frequentatiuum Tardo componitur retardo
retardo as Tardo et eius composita actiua
sunt Targelion october mensis Tarata inter-
pretatur applicatio ascensionis Hoc taratan-
tara inde le est et nomen fictum idest a
sono quem facit dictum est enim taratanta

instinctum quo farina colatur vnde quidam
ad festum Thome scilicet taratantara filia
tangere et est instinctum cuius percussione
gramen defluit inter molas molendini
et est clangor tubarum Ennius At
tuba terribili sonitu taratantara dixit
vnde taratantarizo as tuba clangere
uel farinam colare et setaciare Tacia-
ni quidam heretici vocati a taciano qui et
Trudo dis trusi sum, impellere, impingere, in custodiam includere. Unde hec trutanus ni, qui sub vice trudat aliquem ut decipiat, fingit enim credi quod verum non est. Unde hec trutania e, et hec trutanulus diminutivum, et trutanicus a um, et trutanizo as, vitam et mores trutanorum gerere. Item a trudo hec trutina ne, i. statera, scilicet lingua libre, quia per ipsam truditur feras vel particula pro rursus ipsa porta quia truditur sursum et in superius. Unde trutinula et trutinella ambo diminutiva. Et trutino as, i. librare, expendere. Item a trudo hic et hec et hoc trux cis, crudelis, austerus, ferus, et comparatur. Unde trucitas tis, et trucido as, i. truciare. Et per compositionem truculentus a um, et truculentus cum, plenus trucitate, crudelis, asper, ferus et iste non comparatur. Unde truculentia.

Item a trux hic et hec thrax cis. Thraces dicti sunt a moribus quia truces crudelissimi enim fuerunt, vel dicti sunt Thraces quasi Tiraces a filio Iaphet qui dictus est Tiras a quo orti sunt et nominati. Unde hec Tracia e. Et hic modo hic et hec thrax cis, et thracensis se, et thracius a um; quo sermone componitur Threicius et Thracius a um. Et per compositionem hec Samothracia, quedam regio cuius locus proxima est quo Samius et Thraciis. Unde hic et hec Samothrax cis, et Samothracensis se, et Samothracius a um. Et hic Samothracius, dictus est anulus aureus ferreo capitulo fabricatus, quia in primo fertur esse.

Item a trudo hec trulla le, quedam piscis quia vim habet trudendi vel quia semper movetur abstrusa, et hec trudes dis. Trudes dicuntur fusti fustes scilicet conti quia trudat naves. Et hec trulla, i. bombus, quia trusatur. Proverbium: Si trulla in ipso crepitu debit auream fuda. Item trulla dicitur quoddam vas fictile, Graciis effectus portare dicebatur campana solitus trulla. Item trulla est quoddam instrumentum cementariorum quia trudit et detrudit, i. includit calce vel luto lapides.

Item a trudo hic truncus ci, sine capite, scilicet statua, arbor, insistens radici. Truncus hominis est media pars corporis a collo usque ad inguen. Unde Virgilius: Caput collo vehitur, truncus sustinetur toris et genibus et cruribus. Unde trunco a um diminutivum, semi perfectus sine capite. Et trunco as, caput auferre, diminuere, debilitare. Unde truncido as, vel ruficare, iugulare, secare. Et quia cede truncare vel cedendo et videtur compositum a trunco as et cedo vel cede et producit hac sillaba ci. Oracius: Verum seu pisces seu porum et cepe trucidas. Et sunt activa cum suis compositis scilicet trunco et trucido.

Item a trudo hic truellum, i. trulla, et truellum, i. parapsis.

Trudo componitur abstrudo, i. abstrusum includere, abscondere. Contrudo, i. detrudo deorsum vel uno loco ad aliud trudere vel expellere. Extrudo, valde vel extra trudere. Intrudo, valde vel intus trudere. Protrudo, procul trudere. Obtrudo, prope pellere. Abstrudo vel obstrudo, i. contra vel ob aliquid vel undique trudere, includere, abscondere. Retrudo, i. recludere, abscondere, vel intus trudere vel claudere, vel retrudere est retro trudere vel contra trudere. Trudo et eius composita activa sunt et faciunt preteritum in si, et supinum in sum, et producunt hanc sillabam scilicet tru.

Vaco cas, avi, atum, i. cessare vel fieri vacuum et liberum vidatur ad alias functiones. Transsumi tamen omnis redolet. Ista dicitur enim vaco lectioni, i. insisto lectioni, do operam lectioni; vaco a lectione, i. cesso a lectione. Vaco nimis

i. tacco nominis Et omnes iste sermones re do-
lent primam Et cum dicitur vaco lectioni vel e
ac si diceretur vacuus sum ab illis alijs rebus
et insisto lectioni vacat imple i. esse vacuum
vel licitum esse vel oportunum esse ut vacat
michi legere quia oportunitatem habeo legendi
non impedior ab aliquo negocio et hec
vacuitas e dea vacacionis et ocij Unde
hoc tibi dictabam post prandium pro vaca-
tione vaco neutrum est cum suis compositis si qua
sunt et corripit hac sillaba va Item
a vaco vacillo as titubare instabilem
tremulare labare unde hec vacca re que va-
cilla et debilis respectu tauri Vel vacca
a bos quasi boacca sicut a leo leena et a
draco dracena unde vaccula diminutivum et hic
vaccinus a um et hic vaccarius et hec vacca-
ria custos vaccarum et hec vacca quedam
civitas Hyspanie ab habundancia va-
carum ita dicta vacca eciam quedam civitas
in Numidia unde vacceus a um et va-
cenensis se et hic et hec vasto ovis va-
scones et vaccei id est populi sunt dicti a
vacca civitate Hyspanie iuxta pireneum
montem a qua venerunt prius vel quam
olim possedeant et dicuntur vascones quasi
vaccones c. mutata in s unde hec
vasconia nomen regio eorum et hic vasco-
nius a um et hic et hec vasco ovis

Capitulum ii

Vado dis vasi vasum pergere unde hoc
vadum locus brevis et humilis in
aqua quia per eum possit vadi i. am-
bulari pedibus Vada eciam appellata
nia greci dicuntur unde vadulum li diminutivum
et vadosus sa sum et comparatur Et vado as
per vadum transire vel per vadum ducere ut
vado istum vel vado equm Et componitur pervado
as evado as transvado as et est neutrum
cum suis compositis pro transire per vadum in
alia significacione est activum et producit va Item
a vado hoc vas dis i. obses vel fideius-
sor quia dato vade liceat abire et vade
unde hoc vadium et hoc vadimonium in
eodem sensu i. pignus vel fideiussio unde
vadio dias in vadio ponere Et componitur
devadio as repignerare a vadio revo-
ligere Subvadio as pro idem latenter pa-
diare et est activum cum suis compositis Item a
vas dis vador aris in vadem ponere i.
vadem dare ut ego vador illud tibi i. do
illud in vadem tibi vel vadari i. vocare
ad iudicium ad placitum fideiubere vel li-
tigare vel polliceri et erat olim quando

Item uno tamen depo et postmodo solum ad homines
sed eciam ad alia ut vador tibi equum meum vel
mantellum meum Et componitur convador aris evador
aris passive flagitare vel a vadatorum libertate
removere revador aris recolligere et est depo
cum suis compositis et producit va vado componitur
convado dis evado dis evasi evasum evadere
effugere liberari Invado dis eciam vadere impe-
tere aggredi arripere Pervado dis persistere vadere
vel per aliquid vadere Vado et eius composita
neutra sunt preter invado quod est activum et omnia
faciunt preteritum in si et supinum in sum Capitulum iii

Vagor aris spaciari errare huc et illuc
discurrere unde vagabundus a um et vagus
a um quod autem dicitur vagus quasi a via
actus et vagum quasi a via agi ethimologia est
non compositio et comparatur unde hec vagitas et vagulus
a um diminutivum vagus unde hec vagula dicitur
iuncta quia vacatur per campum et hic vagu-
lus anulus quia vagatur in digito et hec
vangua quedam genus fossorii quia vagando fodit
vagus a um componitur pervagus a um i. valde
vagus Item a vagus vagio gis gini gitum
puerile plorare et est proprium infancium in cunis
adhuc consistencium unde hic vagitus tus i. pue-
rilis clamor vel fletus infancium et vagito as
frequentativum frequenter vel violenter vagire et va-
gititans deus infancium Item a vagor va-
gurus le i. potens vagari Et hic vage-
tira hebraice levitam quem nimi specialis
latine Item a vagor vaginus a um qui
gembus incertis ambulat Vagor componitur
convagor devagor et divagor valde vel
deorsum vel diversis modis vel in diversas
partes vagari vel a vagacionem cessare Eva-
gor quod vagari extra ire Circumvagor circa
vagari unde circumvagus a um circumque va-
gor et eius composita sunt depo et corripiunt
hac sillaba scilicet va similiter vagio cum suis
neutrum est et producit va vath adverbium increpantis
vel insultantis et deridentis unde illud va
th qui destruis templum dei similiter dicit
quod cum delectant dicant vath Capitulum quartum

Valeo les valui valitum i. vigere
sanum esse vel posse et precium denotat
ut cum dicitur iste equus valet centum
marcas et valeo i. precare et infirmari unde
Diatum valeat res ludicra i. pereat Et
Centum valeat qui inter nos dissidia querit
et hic impersonale quedam in defectivum quod post
ad salutacionem in recessu scilicet vale valeto
valetote valete quod olim solebat dici
mortuis post peractam sepulturam ab amicis
quod erat signum quod amplius non debebat
eos videre quia tale vale signum erat doloris

et tristicie et merori in tractu est ut valeo
pond' pre ire vel infirmari et a valeo hic
valor oris et valens et compa' unde hec
valencia e et valentulus a um aliquantulum
valens Volantur in Cassia Ab scevo ut va-
lencula est ¶ Item a valeo validus a
um i. fortens potens robustus et compat'
unde valde dignissime adv. et sepe proferunt'
per sincopam valdus pro validus valdior pro
validior et valde pro valide et valdius pro
validius Item a validus hec validitas tis et
hec valitudo dis et per compo' invalidus a um
debilis fragilis non validus et compa' unde
hec invaliditas et hec invalitudo debilitas
imbecillitas infirmitas Et nota quod valitudo
invoc' pro infirmitate et est dictum tractum
ab illo Terencii valor quod dicebat' mor-
tuus unde quidam dicunt valetudo per E
unde valetudinarius a um et valitudina-
rius a um qui sepe infirma' vel qui sepe
participat valitudine et hec valetudina-
rium vel valitudinarium domus in qua
curan' egroti et licet forte causa dicti dici
possit in utroque tamen secundum dica' competent'
valitudo Item vafer compo' tum affer et dica'
vaffer a um callidus ingeniosus versipe-
llis multiformis et dica' vaffer quasi valde
affer i. valde callidus Nam affri valde
solent esse dolosi et fraudulenti vel va-
fer compo' ex varius et ferus in vaffer
quasi varia ferus sicut homo cautus qui loq'
variis modis et compa' ¶ Item a validus
hic vallus li i. palus quia validus unde hoc
vallum concatenatura que fit de palis sup-
aggerem vel vallum est ipse agger scilicet illud
quod mole terre erigi' ut custodia proceda'
et est vallum inter murum et fossam et dica'
a vallis i. a palis quibus vallum munit'
et in vallo ab tendac' tendi sepe' muni' et
per vallo vel vallis unde vallato tendato pa-
lorum ut in vinea vel in urbis obsidione
et hec vallis quia vallata sit montibus unde
vallosus a um et hic et hec convallis et hec vallis sive
et per compo' hec convallis i. magna vallis et
valles dicuntur ubicumque sunt simila loca
campestria et depressa quasi volsa ¶ Item et co-
valles depressa loca terre inter montes va-
llo compo' convallo as circumvallo as Et e-
tiam tum sunt composita Item a vallus hec
villa quia valla quia vallata sit sepe
vallacionem vallorum et in municionem murorum
unde hec villula le dimi. et villanus a um
et hic villicus qui ipse ville gubernator est
unde dica' villicus quasi ville custos sed etiam
quicumque villicus dici' dispensator universe

domus sed omnium possessionum et villarum
unde hec villacia tie vxor villici qui vel que
tale officium est et caret Et villico as
vel in depo' quod villicor aris potius
i. ville curam gerere et curam omnium posse-
ssionum et familiarum regere ¶ Lucas i. licet
et laudat villicum iniquitatis et alibi
redde racionem villicacionis tue ¶ Item
a villa vilis le quia ut villa vilitate
est et compa' unde hec vilitas tis et vileo
les i. esse vel fieri vilem unde vilesco
scis inchoa'. Et compo' devileo les unde
advilesco. Convileo les convilesco Divi-
leo unde divilesco valde et diversis
modis vile Evileo les valde vile
unde evilesco Revileo Et a vileo
ne[illegible] sunt composita et tamen supinis et
preterito caret secundum Ugucionem vilis compo' quamvis
i. valde vilis et tamvilis vilifaceo cis vi-
lifio fis et vilifico as et vilipendo dis
Item vallus compo' hoc intervallum scilicet spacium
inter capita vallorum i. stipitum quibus
vallum fit unde et cetera quoque spacia dicuntur
intervalla sed magis proprie temporis continua-
cio proprie localis distancia unde hoc
intervallulum dimi. et intervallo as pro inter-
valla dico vel facere aliquid vel interponere
Item a valeo valesco inchoa', et hic
valetus omnis generis pro quivis quod potest
valet vel quod valet multum in lecta[illegible]
valeo compo' convaleo les simul valere sa-
nari ad sanitatem redire crescere vali-
dare unde convalesco scis inchoa' Evaleo
les valde valere Invaleo les valde va-
lere crescere abundare unde invalesco inchoa'
Prevaleo les plus valere prestare precellere
Equivaleo les equaliter valere contempore' parem
esse valeo et eius composita neutra sunt et
faciunt preteritum in lui et supinum in litum
et temporis carent passiva scilicet va ¶ Capitulum v

Vaporo as calefacere vel vaporem
emittere vel vaporitudo emittere
unde vaporitudo nis et vapora-
bilis le et hic vapor oris i. calor unde hec
vaparius a um et vaporeus a um et
vaporosus a um et hec vappa pe vile
vinum quod quasi fece corrupit vel quod vina-
tum cum aqua et est fere nullius saporis
unde vappa secundum quod dici' insipiditas et
vappa ancelio prodigus superfluus qui insi-
pide et indiscrete dispergit sua et nullius
probitatis est unde vapidus a um insipidus
quasi sine sapore et compa' unde hec vapiditas
i. insipiditas Item a vapor vapulo as
neutrum passivum i. verberari et sustinet passionem
ab alio illatam Et construi' cum ablativo interpo-
sita a vel ab preponere ut vapulo a te i.
verberor a te vapulo cum suis compositis
significa est activa sunt ¶ Capitulum vi

Vasto as destruere dissipare dirumpere
predari spoliare unde vastator et
trix torius a um vastabilis le
vastare / et vastus a um i. magnus
ingens profundus incultus amplus de-
sertus solitarius et comparatur unde hec vastitas
et vastitudo dis magnitudo amplitudo
desertum solitudo. Vasto componitur devasto as
et vasto as et est activum cum suis compositis
Vae nomen est cuiusdam elementi apud
grecos et hebreos scilicet v consonans et est adverbium
admirantis vel vitantis. Ubi adverbium
loci et interrogandi et significat et interrogat
in loco. Item adverbium temporis est ut ubi
i. postquam. Item quandoque est adverbium qualitatis i. qualis
et quantitatis i. quantum et similitudinis i. sicut
est etiam quandoque adverbium increpantis vel ad-
mirantis ut ibidem ubi es quasi i. quanta
miseria in quanta angustia es. miser
quid fecisti in quantum peccatum cecidisti
miser. Deus enim sciebat ubi esset
sed admirando increpabat eum quod in tam
peccatum delapsus erat. Et componitur sicubi a-
libi nunc ubi necubi. Sed consonantie
debet enim dici sicubi alicubi necubi. Item
componitur per geminationem ubiubi et sillabatur
ubicumque in et ubique in eodem sensu et ubi-
vis et ubique. Et etiam simpliciter quandoque
ponitur et propter ex vi distributionis
ut ubi locorum i. in quo loco. ubique lo-
corum i. in quolibet locorum. Similiter ubivis
locorum et ubicumque locorum vel genitivo. Item
componitur alicubi postubi. Compositum ve adverbium
dolentis vel execrantis et maledicentis
ut ve homini illi per quem scandalum venit
Item ve i. sine unde vecors vesanus a um
et multa alia de quibus supra processit vel
sequitur. Capitulum vii

Veho is vexi vectum i. portare vel
movere vel ducere unde hec vectura
re naulum precium quod datur pro por-
tatura unde vecturarius a um qui dat
aliquid ad vecturam vel qui portat aliquid
pro vectura vel ad vecturam pertinens. Item
a veho hoc vectigal alis i. tributum
Et vectigal dicitur illud tributum quod
vehitur ab illo qui dat ad dominum
recipientem. Et tributum quod datur nunciis
recipientis missis ad illud recipiendum
vel vectigal est tributum de rebus vectis
per mare vel per terram vel per fluvium unde
vectigalis le tributarius qui dat et por-
tat vectigal ad curiam domini vel pertinens
ad vectigal. Item a veho hec vexilla vexille

quoddam genus currus et hoc vehiculum cuius-
cumque generis currus et quicquid est utile ad portandum
ut currus curriculus navis vel iumentum quod
cumque portare potest. Item a veho hic vectis huius
illud instrumentum ferreum quod in firmatura hostii
vehitur huc et illuc causa serandi vel reserandi
unde hic vecticulus diminutivum et hic vecticularius a
um vectes faciens vel ad vectes pertinens vec-
ticularius etiam dicitur raptor sive predo quia
quemadmodum vecticularius aperit qui furto vel
rapinis intendit. Item a veho vexo
vexas portare moleste molestare turbare
et est activum cum suis compositis si qua habet.
Item a veho vecto as frequentativum unde hoc vectatorium
instrumentum in quo aliquid portatur et vec-
titur ad aliud ferendum. Item a veho hec via quia
per eam aliquid portatur vel via quasi vehicula et est
proprie via qua potest ire vehiculum unde et sic
dicitur ab incessu vehiculi et est octo pedum
et capit duos actus ut per eam venientia
vehicula transire possint unde vialis le et
viator oris et hoc viaticum i. victus qui
necessarius est in via ad expendendum et deferen-
dum in via. Unde et viaticum dicitur corpus domini quod
appositum est nobis victus in via. Unde viaticus
a um in via necessarius et delatus vel in via
sustentatus. Ovidius tamen apportare vi-
aticum. Item a via vietus a um debilis i. via
incedens tractus eundo. Terencius in eunucho
est vietus vetus veternosus senex. Item
a via varius a um quasi variis i. non unius
vie sed mente et moribus sive diversus unde
hec varietas tis et vario as varium facere di-
versificare unde variatim et variabilis le et
litas et per compositionem invariabilis le litas
vario componitur devario as diversis modis variare
et est activum cum suis compositis. Item a varius
hec varix cis vena in corpore que
si ledatur vel ictus vel percussionem reddit ...
... et inflat et ... facit papul-
es et corpus turgescere. Unde in Macrobio de
saturnalibus dicitur Quod cum Cicero iactaret se de
exilio humeris reportatum fuisse ait illi
quidam unde ergo tibi varices. Unde varus a
um i. tortus et varicosus a um i. tortus. Juvenalis
varicosus fiet aruspex. Ovidius in ... duxit
quod vel varicosas ... et varico as
vel varicor aris tortuose vel ambulare vel di-
varicare vel deflectere et curvare vel claudicare. Et
componitur divarico as et divaricor aris i. dis-
tendere et separare diversum facere diversificare
vel diversis modis variare. Prevarico as
vel potius prevaricor aris i. transgredi ...
unde prevaricatores legis dei legis trans-
gressores et per aliis et plus quam debeat
in lege varicat i. claudicat vel ambulat

Item a via vio as .i. via ire Et compo-
nitur convio as .i. simul viare vel per viam aliquem
conducere. Devio as extra viam ire
unde devius a um. Obvio as esse obvium
alicui in via contra ire unde obvius a um
unde obviare adverbium per quo frequenter ponitur ad via-
obvia quando loco adverbii locali. quandoque loco
adverbii qualitatis vio et eius composita non sunt
preter convio quod est activum pro conducere. Item via compo-
nitur avius a um avia sunt loca secreta dicta
extra viam ipsa sunt et devia et invia et in
avia secreta loca et a via remota
aut tamen omnibus absoluta Item via componitur
invius a um non patens prout conivius a
um per quod est via vel inter vias conpus per-
vius a um in via perambula per mendica-
vium per quod via patet et hec bivium trivium
quadrivium locus ubi due vel tres vel quatuor
vie conveniunt et tendunt ad idem unde bivial
le trivialis le quadrivialis le et biviati
triviati quadriviati .i. per bivia vel trivia
vel quadrivia Et nota quod gramatica dyaletica
Rethorica dicuntur trivium quadam similitudine
quia triplex via ad idem .i. ad eloquenciam Ari-
smetrica musica Geometria Astronomia
quadam similitudine dicuntur quadrivium quia quadruplex
via in idem scilicet ad sapientiam unde triviales dicuntur
qui docent vel student in trivio sic quadri-
viales qui in quadrivio Item via quod
hec trivia e .i. dyana propter tres eius vias
potestates est enim dyana in silvis luna in
celo proserpina in inferno. Veho componitur hic
veredus di equus trahens redam et com-
positum a veho et reda quia veheret redam
unde invenitur in suprascriptis cuiusdam apud Ce-
sarius Bolestenes Alanus veredus
Cesareus qui per truncos et scopulos
valac solebat iacent hic dente apri albi
tepute Bolestenes fuit proprium nomen eius
Alanus dictus est a regione que quidam
aper interfecit unde hic veredarius auriga
et veredarius dicitur nuncius qui vehit nuncium
et veredus 2m quosdam dicitur auriga et
in veredarius a um ad veredum vel vere-
darium pertinens Item veho componitur adveho
xi ctum .i. vehere ad unde advecticius a um
et advecto as frequentativum Conveho xi ctum .i.
simul vehere unde convecto as frequentativum Deveho
xi .i. deorsum vel de uno loco ad alium
vehere unde devecto as frequentativum Eveho xi
extra vehere extollere unde evecto as frequentativum
Inveho xi .i. intus vel contra vehere unde dicitur
iste invehitur in illum .i. vitupat illum vel re-
prehendit Differunt tamen quia in se vituperare est
mala facta alicuius vocare naturae quod facit
draco in dis sed reprehendere est mala
facta alicuius sub specie correctionis emendare
quod facit Oracius in Sermonibus Sed invehi
est malefacta alicuius maligne nota et lin-
gua detractionis reputare quod Ovidius

videtur facere in Epodon sed non facit unde
invectivus a um detractionibus malignus et
hec invectivum et hec invectiva est ipsa
invectio detractio vitupatio Unde et quidam
liber Ciceronis dictus est invective eius
propter invectivas factas ibi in catilenam Et
invecto as frequentativum Proveho xi procul vel
ante vehere promovere extollere unde provecto
as frequentativum Reveho xi Subveho xi sursum
vel sursum portare unde subvecto as frequentativum
veho et eius composita activa sunt et faciunt
preteritum in xi et supinum in ctum Capitulum viii

Vello lis velli vel vulsi evadicare
extirpare unde hec vellus eris ipsum
corium ovis vel arietis cum pilis
et dicitur sic a vello quia olim lane vellebantur
et non tondebantur et ipsa etiam lana vel flo-
cculus lane dicitur vellus unde velleosus
a um a um .i. velle plenus et hic villus
li pilus vel floccus lane de vellere ovis
vel etiam floccus pilorum quorumlibet unde vi-
llosus a um plenus villis Et compositum Item
a vello vellito as frequentativum Et vellico as
sonati et paulatim vellere unde propheta Ego
non sum propheta nec filius prophete sed pastor
vellicans sicomoros ego sum. Vello
componitur Avello lis removere longe ve-
llendo abstraere Advello lis ad se vel
valde vellere Convello lis Evello lis per-
vello Revello lis Abvello lis Divello
lis Subvello transvello lis. Vello et eius
composita activa sunt et faciunt preteritum in
velli et vulsi et supinum in vulsum Et
vellia e civitas est campanie unde vellinus
quidam mos in Marcia qui villos hic
videtur lincos est enim ibi magna insula
et pendet pendula sapa ad modum
villorum unde vellinus a um et vellicensis
se vel vallensis se Et hic et hec velos
licet omnia pira et hec velensis tunica
inde primo allata vel que fit ex in-
sulis tunc et valensis dicitur Capitulum ix

Venio nis veni ventum unde hic
ventus tus quia veniat vel venit
quia violentus sit et violenter
veniat unde ventosus a um vento
plenus vel vento inflatus vel instabilis
vel vosus et vane laudis et glorie
cupidus et ventuosus sanguis in cor-
pore et utrumque comparatur unde hec ventositas
et ventuositas Et hec ventosa se per
quodam vase ad minuendum sanguinem a-
pto Item a ventus hic ventulus diminutivum
tenuis in Evangelio Cape flabellum
et ventulum hic facito Et ventulo
as ad ventum dispergere et pice conspue
accrute investigare unde hec ventilabrum
pala ventilandi Et componitur diventulo
as diversis modis ventilare Eventulo
as extra vel valde ventilare Et est activum

B ad suis composita. Item a venio hic venter tris quia ventum concipiat vel dicitur venter quia per totum corpus vite alimenta transmittat. et dicitur hic alvus et uterus. quia alvus est illud receptaculum quod cibum recipit in quo sordes sunt et purgari solet. Unde et dicitur sic quia ablutatur a. purgetur corpus cum sordes stercoris descendunt. Unde Salustius Animalia salomone similes sibi alvum purgant. Venter vero est qui acceptos cibos digerit et apparet extrinsecus scilicet exterior pars in qua est pinguedo et extenditur a pectore usque ad inguinem et sic dictus est. dicitur venter quia per totum corpus vite alimenta transmittat vel quia concipiat ventum. Uterus est proprie mulierum in quo concipiunt et dicitur uterus quia duplex sit et ab utraque in duas se dividat partes vel quia intus impleatur fetu. Aqualiculus proprie porci est et inde ad ventrem translatum est.

C Et a venter hic ventriculus dictus et hoc ventrale lis fascia vel ligatura sive ventilem [illegible] cingulum circa ventrem sive zona sive lumbare circa lumbos et renale circa renes et ventralis le. et hec ventrina ne bestia que fert onus circa ventrem et ventriosus a um magnum habens ventrem et grossus. Plautus in Amphitrione mactabit malis ruffulus et aliquantulum ventriosus. Idem in Asinaria ruffulus est et aliquantulum ventriosus. Et per compositum ventriloquus a um qui de ventre et per ventrem loquitur. Item a venio hec venia e. si precedat peticio id est quod indulgencia. si non precedat peticio id est quod licencia. Unde Oracius Hanc veniam petimus et damus vicissim. unde veniola dictum et venialis le. lit. litas quod pertinet ad veniam.

D Item a venio hec venilia e maris exestuacio que ad litus venit. Varro. Venilia est unda que ad litus venit. salacia que ad mare redit. Et hec vena ne quia per eam sanguis veniat vel vena quasi via a via quia est via sanguinis. unde venula dictum et venosus a um vena plenus. Macer. Cum vena extat et apparet post macilenciam prius est ne [illegible] [illegible]nosus liber actum et inde ponitur pro turpis quia vena in macilento turpiter apparet et componitur. Item a vena hec venus eris dea amoris vel pulcritudinis et ipsa pulcritudo et dicitur sic a vena i. a sanguine quia sanguis pulcritudinem creat et amorem. unde venereus a um et venustus a um pulcer decorus et componitur unde hec venustas atis et venusticulus a um diminutivum venustus et venusto as decorare decusare et componitur

devenusto as valde venustare vel venustatem auferre. Convenusto as et est activum cum omnibus suis compositis.

E Item a venus vanus inanis falsus vacuus inanis quia veneris precipue solet esse vani et componitur unde hec vanitas tis. unde vanito as vanitatem dicere vel vanitando laudare. Item a vanus vesanus a um insanus nugatorius. Et vaneo nes nui esse vel fieri vanum vel deficere. unde vanesco incohativum et vanidus a um i. vanus. Et componitur evanidus a um i. valde vanidus. Ovidius Pectora [illegible] in teneros abeunt vanida vinos. Vaneo componitur evaneo evanesco et hic [illegible] vaneo et eius composita non sunt et tacent supinis et preteritis. Item componitur vanus vaniloquus a um unde hec vaniloquax et vaniloquium et [illegible] et inanis ne qui in vanis i. valde vanus et componitur unde hec inanitas et inanio nis inanivi inanem facere exinanio evacuare deprimere diminuere. Et est activum cum suis compositis et componitur exinanio nis.

F Item a venus veneror aris quasi adorare honorare vel honorari quia propter pulcritudinem fit sepe veneracio unde venerandus a um et venerabilis le lit. litas et componitur veneror cum suis compositis si qua sunt. Item a venus hec veneris vestis venerei coloris que visu vilis est et per compositum veneripeta te [illegible]. Item a vena hoc venenum quia per venas cito [illegible] cum infusum tanget sanguinem non nocet. unde venenosus a um et componitur unde venenositas et veneno as toxicare vel veneno inficere. unde venenatus a um et venenarius a um qui facit venenum. venenarium est in quo primo est venenum vel potius venenosum in quo natum est ut herba species venenata vel que facit venenum.

G Veneno componitur conveneno as deveneno as valde venenare vel venenum auferre i. contrarium et componitur inveneno as. Veneno activum est cum omnibus suis compositis. Item venenum componitur veneficus a um qui venenum facit unde veneficus a um ministrans et faciens venenum et hic et hec veneficus cis in eodem sensu unde dicitur [illegible] et veneficium [illegible] tale maleficium. Et hec veneficina locus ubi veneficia exercentur. Item a venio venor aris quod pro allicere vel decipere ponitur quia in venando sepe decipiuntur fere. unde venatus a um et venatorius a um et venatrix ca cum. venatorium instrumentum dicitur vel locus venandi. venaticum vero canem vel canem. Et hoc venabulum quia venatui sit abile vel quia venientem aprum accipiat et venabilis le ad venandum abilis vel passibilis. Venor componitur circumvenor aris

Item venio componitur advenio .i. venire
aliunde vel preoccupare anticipare. Advenio
nis .i. venire ad unde advento as frequentativum
et hic et hec advena ne qui aliunde
venit alienigena et adventicius a um et
hic adventus tus et hic adventivus quidam
mons in Roma sic dictus ab adventu a-
vium de tiberi illuc advenientium et ibi con-
venientium. Circumvenio circumdare fingere vel decipere
pare. Convenio nis .i. coniungere vel decere ut hoc
pallium convenit michi .i. decet me. et convenire
.i. alloqui ut Convenio vos o iudei .i. allo-
quor et convenire .i. adunare ut Isti convenit
ibi et convenire .i. simul venire. et convenire
.i. pacisci ut convenit tibi unum denarium
et convenire .i. cogere aliquid ab aliquo et
convenire .i. advocare vel compellere .i. ad certum
vocare et ad placitum. et convenire .i. inesse
ut albedo convenit tibi .i. inest tibi et convenire
.i. assimilari ut Iste convenit eo in albedine
.i. est similis illi. quas significationes in parte isti
versus indicat Convenit accipitur pro pangere et
assimilari pro compellat inest pro cogit atque
decet unde convenit imple et convenies et compara-
tur unde hec convenientia et componitur inconveniens et
comparatur unde hec inconvenientia. Item a conve-
nio hic et hec convena ne simul cum alio veniens
vel qui cum alio convenit Ambrosius super exameron
omnis terra convenarum diversarum secuntur seque tempore
medio confusa et hic conventus tus unde hic
conventiculum et hoc conventiculum ambo diminutiva
et conventor ari conventum facere vel celebrare
Et convento as o frequentativum simplex convenio Devenio
deorsum venire vel uno loco ad aliud venire
vel a deorsum sursum venire Evenio nis unde
eventus tus casus vel finis. et eventus a um
Intervenio nis intercedere vel aequos venire
et meditatorem esse pro aliquo orare unde
interventus tus intercessio Invenio nis .i. venire
in id quod cupis vel quesivis Invenimus
quesita reperimus preter adventicia et componitur
adinvenio nis valde vel insimul ad utilitatem
vel ad dampnum alicuius venire Item Provenio
nis ante venire vel anticipare preoccupare vel
prenosticare et ante evenire vel imponere per-
venio is perfecte venire Provenio nis pro-
cul vel ante venire vel abundare et evenire pul-
lulare unde proventus tus abundantia Revenio
nio nis contra vel undique venire vel evenire
Revenio nis iterum vel retro venire Subvenio
nis succurrere venio et eius composita non sunt
preter ista quinque Intervenio Circumvenio Convenio
pro alloqui vel cogere vel adunare vel ad pla-
citum vocare Invenio et Provenio que sunt activa
et omnia faciunt preteritum in veni et supinum
in ventum. et omnia corripiunt hanc sillabam
ve in presenti sed in preterito eam producunt Hoc
venum ni .i. venale vel venditio Ambrosius
super exameron venio et emo venit unde vena-
lis le sed litas et per compositionem venundo vendo
venundas et a venalis venalicius a um
venditio Vopiscus de geminis filius duo
aborto alter cui legittime natus fuerat vocatur
Verus a um non falsus certus equus iustus

et comparatur unde hec veritas tis scilicet pro quod manet
immutata que sunt vel fuerunt vel futura sunt
vel que dicuntur vel dicta sunt vel dicentur et
verosus a um .i. plenus veritate Veracaminem
anodum in argentum verose asserens detulerat
et comparatur unde hec verositas .i. veritas Item a verus
hoc verum unde hec in singulari sed in plurali vera
unde verbi regulariter hec et cetera Invectia ve-
rubus et est verum instrumentum ferreum vel lig-
neum quo carnes assantur unde verutus a um
verum armatus unde hoc verutum ti quod quoddam
genus pili unde hic verutulus li diminutivum et
verutatus a um veruto armatus Item
a verus vereor eris veritus sum .i. verecundari
vel timere et componitur cum confessione reveritie
quia vereor est vereri unde verecundus
a um qui vere est facit erubescat et comparatur
unde hec verecundia et hic verecundiosus a um
Item a verecundus verecundor aris verecundatus
erubescere et producit hanc sillabam cun unde
Item verecundus componitur inverecundus a um
et comparatur unde hec inverecundia Item a vereor
verendus a um timendus et erubescendus
unde verenda dicuntur genitalia virorum vel femi-
narum proprie verecundia Vereor componitur revereor
eris reveritus sum unde reverendus a um et
reverens tis et comparatur unde hec reverentia et per
compositionem irreverens .i. non reverens inverecundus
et comparatur unde hec irreverentia Vereor et eius
composita sunt deponentia Item a verus hic
et hec et hoc verax cis qui frequenter et sepe
dicit verum et comparatur unde hec veracitas et
veraculus a um aliquantulum verax verus
componitur verdicus a um et verificus a um
unde hoc verloquium et verilogium a um
unde hoc veriloquium Item componitur cum satis
et dicitur severus a um austerus districtus
rigidus et dicitur severus qui servat verum
tenet sine parcitate iusticiam vel aut dicitur
severus qui sequens vera et significat non
apparens Item Severus quidam mons in Italia
et severus comparatur unde hec severitas austeri-
tas rigor vel autoritas iudicii vel vehe-
mentia ulcionis et severo as quod non est
in usu sed componitur assevero as affirmare
asserere Persevero as persistere in proposito
manere unde perseverans et comparatur unde
perseveranter et hec perseverantia Item verum
componitur vera .i. certe Item non per vero sepe
ponitur pro coniunctione copulativa .i. sed et sepe
affirmativa .i. certe et sepe pro expletiva
Item verum sepe invenitur pro sed vel pro certe
Capitulum xi
Verro ris verri versum .i. trahere
purgare vel tergere vel radere scope
unde hoc verriculum li quo domus
purgatur vel quoddam genus retis vel navis
piscatorie et hec verruca ce pustula car-
nem superextendens que et porrum dicitur
et ponitur quandoque pro quadam asperitate unde
verrucosus a um .i. verrucis plenus

tuberosus vel inequalis incomitus pessimus
aut equos pacissimis et venenosa movetur
Item a verto hic vermis et sunt vermes aut
terre ut scorpio cantarida et siles aut
aque ut sanguissuga aut aeris ut ara-
nea aut frondium ut eruca aut lignorum
ut teredo aut vestimentorum ut tinea
aut carnium ut emigraneus lumbricus
ascaride costi pediculi pulices lendes
tarmus ricinus varia cimices Et dicitur
vermis a verrendo quia ut serpens aptis
passibus sed squamarum nisibus repit
quia non est illi spine rigor sed induratis
corpusculi sui partes gradatim porrigendo
contractas que tendendo porrectas motum explicat:
sic ergo agitatus verrendo prolabitur vel dicitur
vermis quasi permis quia in vere procreatur unde
hic vermiculus diminutivum unde vermiculosus a um
et comparatur. Unde vermiculo as scaturire
ad modum vermium effervere et hoc vermi-
culum li. Item a verto vertito as et ver-
ciso as frequentativum verso compositum converso co-
verto vel est verto verti cere et est activum
cum suis compositis et facit preteritum in vi
et supinum in sum. Vergo gis versi versum
declinare vel infundere vel versare unde
vergito as et verso as frequentativum Vergo compositum
invergo gis si sum infundere Convergo gis si
sum vergo et cum composita activa sunt sic
sepe ponuntur in absoluta et passiva significatione
vel vergit id est inclinatur et faciunt preteritum
in si et supinum in sum Capitulum xvi

Verto tis verti versum permutare tur-
nare immutare unde versilis le et versito
as frequentativum verso compositum adversor aris
esse vel fieri adversum unde adversus a um
contrarius malus oppositus infelix et comparatur
unde hec adversitas tis et adversarius a um
et adversus vel adversum ponitur pro adverbio
localiter vel loci ut adversus et adversum
illum Et distinguere ubi designat locum
vel qualitatem et ponitur indifferenter pro tamen
adversum te adversarius adversus te imitator
Controversor aris litigare decertare unde
controversia e Conversor aris simul versari
et esse cum aliquo unde conversabilis le. Diver-
sor aris vagari Obversor aris conversari litigare
id est contraversari Transverso ab verto versare
Tergiversor aris in varias partes se vertere
decipere et in qui tergum huc et illuc vertit
unde tergiversator deceptor versipellis
quia animus qui tergo huc et illuc vertitur
ne qualis sit intelligatur et hec tergiversatio
deceptio et tergiversabilis le deceptorius
habilis ad decipiendum Item a verto
hic vertex cis ea pars capitis qua capil-
li colliguntur et ad quam cesaries vertitur
scilicet postrema summa unde verticosus a um
supremus vel cuius capilli in vertice congregantur
Item a verto hic vertigo ginis globus vel
convolutio concavatio sic quippe fit in terra

a vento et in capite a morbo unde vertiginosus
a um et vertiginulosus a um sit qui vertigine
capitis patitur Et nota quod vertex sepe accipitur
pro vertigine et quod antiquitus dicebat vortex et
vortigo Item a verto hec vertebra e vertebre
sunt spine ossium partes nodis grossioribus
conglobate et ipse iuncture ossium que ad in-
flexiorem membrorum vertuntur unde et sepe cardo
dicitur vertebra quia vertitur et hec vertibulum idest
quod vertebra vel instrumentum illud cum quo
carbones vertuntur in fornace Item a verto
hic versus sus actus vel passio vertendi et
versus quod constat ex orationibus usque ad dis-
tinctionem et ipsa distinctio Et versus quod constat
ex pedibus et dicitur a verto quia tamdiu dedit vim
quousque certe constituatur vel quia sibi prefixos
terminos ultra non progreditur sed revertitur versus sic
a vulgo sunt vocati quia solebat antiquitus scrip-
tura arari a sinistra cum ad dextram primum
deducebat stilus deinde convertebat ab infe-
riori rursus ad dextram unde hic versiculus
diminutivum Et per compositionem versificor aris versus facere unde
versificator et versificatorius a um et versifica-
bilis le et versificus a um Item a verto
versutus a um astutus deceptor quia cito mentem
in quolibet actu ad qualem fraudem facile vertitur
et comparatur unde hec versutia e id est astutia et ca-
liditas Item a verto versus a um et ponitur sepe
pro adverbio qualitatis vel loci et construitur cum accusativo
ut versus vel versum civitatem vel illum et sunt
sic composita quoquoversum id est versus quam partem et
syllabicatur quoquoversumque id est versus quamcumque
partem et conversum versus hac parte Et compositum ab hoc
et versum in deorsum adverbium et dicitur vel versum
Item comparativum cum isto introrsum id est versus istam partem
et cum dextro et sinistra et dicitur dextrorsum
et sinistrorsum id est versus dextram vel sinistram
partem et cum aliquo aliquorsum id est versus aliquam
partem et cum alio aliorsum id est versus aliam partem
Et conversum ex omni parte contra Item a ver-
to hic vertunus deus mercatorum a vertendis
mercibus et ponitur sepe pro fero Oratius Ver-
tumni Ianique liber spectare videris Item
vertunus dicitur deus principiorum vel anni vel
diei vel alterius rei et dicitur sic a vertendo et
annis vel diebus et sepe ponitur pro ipso anno
vel die Oratius Vertumnis quotquot sunt
et inicis Verto compositum versipellis le astu-
tus deceptor quia in diversa animum et mentem
vertat vel quia diversis modis decipit quia
in varias pelles se transfert Verto componitur
averto tis id est removere ut averte oculos meos
ne videant vanitatem Et averte pro tergum vertere
unde aversus a um retro et in aliam partem versus
Item imperativus auctor est de ponis spineve vulpe-
culeve venisse Boetius Deus qui sine
mixtis aut aliis animantibus in animo
verte et considerare intelligere cogitare et ponitur
pro praevenire sic supra deponitur Adverto tis id est

vertere ad vel prudenter intelligere cognoscere. Con-
verto tis simul vertere vel ad aliquam sectam vel
vitam vertere. unde conuertibilis le et comparatur. Et per
compositionem inconuertibilis le. Item a conuerto conuersio. Adverte
frequenter. et non quando imperatiuum quosdam in de-
poni quem conuertor teris ut ibi conuertere duo
capitis tez media. sed credimus quod ibi debet esse
conuertere duo capitis tez media. Item verto componitur
animaduerto tis. id est perintelligere percognoscere.
Item a conuerto conuexus a um. rotundus inclinatus
et curuatus. et conuexus vel dicitur a conueho
is quia undique vehatur in circuitu visus et
comparatur. unde hec conuexitas tis curuitas rotundi-
tas sicut est celi. Animaduerto tis. id est perintelligere
percognoscere. Deuerto tis. deuerto tis deorsum
vel de uno loco ad aliud vertere auertere
remouere. unde deuexus a um inclinatus
incuruatus in rotundum visum. Vel deuexus
dicitur a deueho is quia deorsum vehatur. Et componitur
unde hec deuexitas. Et non reperitur praeter dictam
...uexionem vel deuexum. vel si quid aliud
ita fictum sit. Diuerto tis secedere ire vel va-
riare vel diuidere quasi diuersis modis vertere.
unde hoc diuersorium diuersitas viarum scilicet ubi
viator ad callem diuertit vel locus remotus
ab alio vel receptaculum scilicet hospicium
vel hospitale. et dicitur sic vel quia illuc
diuertimus vel quod diuersis viis ibi conuenitur.
unde de beata virgine. Non erat ei locus in
diuersorio. id est in hospicio. Item a diuerto hoc
diuerticulum flexio viarum scilicet ubi una via
diuertit ab alia vel ipse callis per quem
diuertimus ab alia via quasi diuersa via. Item
et diuorcium quasi diuisum. id est via vel semita
in diuersum tendens. Et ponitur quandoque diuerticulum
vel diuorcium pro separatione et diuisione et
subterfugio. unde et diuorcium dicitur inter
virum et mulierem quando consuetudo dissoluto
matrimonio alter eorum alterius nuptias
sequitur. sic dictum a flexu viarum. id est ob vias
in diuersa intendendas. Item a diuerto
diuersus a um. conuersus separatus non concors
malus et comparatur. unde hec diuersitas varietas.
Et per compositionem diuersifico as. Item a diuerto
diuerso as frequentatiuum. Euerto tis destruere vel sub-
uertere vel illidere vertere. Inuerto tis male vel contra
vel illidere vertere. Peruerto tis destruere. ad
malum vertere peruersum facere. unde hec peruersitas
vel quasi peruersa morbus qui peruertit faciem
unde sepe ponitur pro peruersitate. et in praeterito
a um peruersus prauus. unde peruertere adverbium.
id est peruerse male pro quo sepe ponitur peruersus.
Preuerto tis preuenire praeire transire. et preuertor
teris deponens in eodem sensu ... Obuerto tis
id est contra vertere. Reuertor eris retro ire et re-
dire quod antiqui dicebant reuerto tis. Subuerto
tis destruere que subtus sunt super vertere. et
econuerso vel decipere seducere. Transuerto tis vel
vertere vel aliquid vertere obliquare. unde transuersus
a um. Et hec transtra transtra dicuntur

tabule ubi sedent remiges quia transuerse
sunt posite. Et Virgilius posuit iuga. Verto
et eius composita faciunt preteritum in ti et supinum
in sum sicut verto et verso. Conuerto
quandam verto facit versum vergo versum.
quod ... Item verto et eius composita in o
omnia sunt actiua preter diuerto pro secedere
et reuerto iuxta antiquos que sunt neutra
in or omnia sunt passiua preter auertor
pro spernere et reuertor que sunt deponentia
Item conuertor et peruertor et passiua sunt
et deponentia. Verto vertum

Verbero as. id est percutere flagellare.
unde verberatio as frequentatiuum et ver-
bito as id est sepe verberare. et hic
verbero onis qui aliud verberat vel qui
est dignus verberari. Plautus in Amphi-
trione. Verbero aut inimicus aut ego bellum
te quaeso scipione. Et hoc verber est a-
percussio vel flagellum vel impetus
pertice libralle unde ipsa pertica unde
verberosus sa sum flagellosus vel cupi-
dus vel impetuosus vel iracundus. Item
a verbo hoc verbaculum flagellum et ver-
beralis le qui aptus est ad verberandum
et comparatur. unde Plautus posuit super-
latiuum dicens verberalissime est rogus tuo
fier sed transitiue. Et hoc verbum et pluralis
est in eius placore acer verbat quasi
in placori crimus pati. unde hoc verbulum
li diminutiuum. Et verbosus a um garrulus
nugax et comparatur. unde hec verbositas et
verbosor aris. id est verbose et multum loqui.
Item a verbum verbalis le hic et hec verbalitas et
per compositionem quasi aduerbium. id est uno adiacens vel
verbo adiunctum vel magis verbum positum. unde
aduerbialis le hec aduerbialitas. Et hoc prouerbium
dictum paraboly ubi aliud dicitur et aliud
intelligitur quasi pro verbo positum vel quasi verbum
pro alio. unde prouerbiolum li diminutiuum. Et prouer-
bialis le hec prouerbialitas et prouerbiosus a um
et comparatur. unde hec prouerbiositas et prouerbio-
rum prouerbia dicere vel prouerbiis vituperare.
Item verbum componitur verbigena ne genitus
de viris et feminibus vel feminibus
feminator. Verbero componitur conuerbero
as diuerbero as diuersis modis verberare
vel disiungere. Reuerbero as reuerbero as
transuerbero per uerberando transforare. Et est
actiuum cum suis compositis. Vescor eris
id est comedere vel pasci. unde hoc vas sunt
et in plurali vasa orum. et dicuntur vasa
a vescendo quia in eis esce ponuntur
quasi vesca. unde hoc vasculum li et va-
sculaius a um vasa vendens vel faciens.
Et hec vasatrago ginis quedam herba ca-
melionis. et hoc vacillum parum vas vel va-
sculum. Et in salis radiis in aqua
subiecta vacillo. Et vasatus a um

amplius et compassus et compo(nitur) deva-
satus a um demoniacus Item a vas
h vasca ce q(uod) vas aque / 2(ter) hec go
vasa dicu(n)tur in quibus esse potest / lar-
gius, tu amplius vasa queda(m) vasa dicu(n)tur
vinaria queda(m) aquilia queda(m) mul-
gendi uel multoria contestalia quor(um) q(ue)dam
vasa vinaria sunt enima flacta fla-
con lagena lagunculam ciliales a ci-
licia batisca natus crater ceuophore
aquabila sunt situla ydria pelluis
guttur(n)ium catiliun manulauium quo
lauatur manus q(uod) et labrum dicitur et pe-
dilauium ubi lauantur pedes Antiq(ue) (vero)
malluuium et pelluuium corrupte uel
dicuntur integre a luo uel luces vasa
ubi mulgetur ut mulgarium multoria
multrarium simum cimbia lac lactica-
rium lactigerulum fiscelia obba cupa
dolium vasa escaria discus tiborium pa-
ropsis escale catinum lanx scutella
epulicetium vasa quia (pre)stala
talis calathus crater crateras vitreus
conuasicia Item a vescor vescus ca
um comestibilis abilis ad vescendum
vescibilis uel vescus a um i. delicosus
gracilis et in vesculus a um diminutiuum et
p(er) compo(sitionem) vesculentus a um delicijs et ve-
scis plenus et compa(ratur) vnde hec vesculen-
tia delicate uel vestorum copia vel vesci
compo(nitur) a ve q(uod) est sine et esca et in
vesca quasi prod comestibilia q(uo)d no(n)
esca uel q(uod) velut esca i. proue f(acte) esse
In hac s(ecundu)m ouid(ium) in libro fastorum ve-
stor compo(nitur) ..vestor steris .. vestor ..
est e depo(nens) cum suis compo(sitis) et caret
supinis et debet sic fac(ere) vestitum / ... in
Vestio stis stiui vestitum induere
vnde hic vestitus tus et intelligitur
lacinus cultus quis vestitus Item
habitus ad naturam p(er)tinet cultus ad homines et
hic vestimentum ti et hec vestis vnde hec
vestigium locus ubi vestes depo(nu)n(tur)
uel ubi induuntur et hic vestiarius qui pr(e)est
vestibus et hic vestigarius vn(de) vestigari
a veste dicti sunt scilicet qui p(re)erant vestibus
imperialibus in potorius vestis compo(nitur)
hec vestiplica ce mulier que vestes pli-
cat et dicitur et hec vesticeps pis iuuenis
qui barbam iam habere cepit et compo(nitur) inve-
sticeps cipitis qui barbam non dum vestitur
qui uel investis dicitur quasi sine veste v(el)
barba sed mulier investis dicitur uel sine
barba uestiuria uel sine veste quia non dum
habet stola(m) q(uo)d e(st) signum maritalis quantos
Macrobius de Saturnalibus Romani pue-
ros et investes camillos et camillos
p(ro)ministros flaminum et flamini vocantur
Item a vestio hec vesta te q(uod) dea sa-
cra quia vestitur herbis et alijs rebus
variis vel vesta compo(nitur) a vi et stando
quia sua vi stet vnde hic et hec vestalis
le et hoc vestibulum scilicet p(ro) exterior domus
sic q(uod) porticus que est veste consecratum uel q(ui)a
vestibulum prius fuit situm in templo veste
vel q(ui)a in illa parte templi solet esse ima-
go eius quasi veste sedibulum uel q(uod) veste
stabulum vel dicitur a vestio is q(ui)a vestiat
domum uel ipse sic dicitur porticus in qua
vestiuntur vel compo(nitur) a ve q(uod) e(st) sine et sto stas
q(ui)a sic statio q(ui)a intrantes non stant in illa
parte neque morantur sed transeunt in anteriorem
partem domus Item a vestis et ago hoc
vestigium signum pedis p(ro)pria planta cal-
cata sic dictum q(ui)a vie p(er)uentum vestigiis
vestigentur i. agnoscantur vnde et sepe vesti-
gium dicitur signum Et in vestigio as vesti-
gijs inquirere et p(er) sincopam vestigo as
inquirere explorare et dicitur vestigare q(uasi)
veste agere et vestigium q(uasi) vestis actio
q(ui)a eum inuenies vestes pedibus mouemus Et
compo(nitur) investigo as inquirere Et e(st) actiuum cum
suis compositis vestigium compo(nitur) e(st) vestigia
Item vestio vestio compo(nitur) cum vestio dinestio
uel vestio vestio compo(nitur) investio dinestio
is vestes auferre et est contrarium ad investire
invistio is revestio is Et e(st) actiuum cum
suis compositis Et non sic vestibus gentes
quedam diuersificantur et lingua vnde quedam
vestis parthi est sarabac / gallis linnie
germanis renones / hyspanis striges
sardis mastruce Item vetus as vetum
petitum prohibere vnde hic et hec et hoc vetus
teris quod antiqui dicebant veter et compa(ratur)
vior rimus Et dicitur a veto q(ui)a talium
est prohibere a delictis / et in veto as q(uod) a-
biquari senere et est absolutum sicut et
inveniatur transitiue positum ut veteram ca-
pam meam et in veterator in malis in-
veniendis et statuendis exercitatus q(uo)d e-
sit multi et veteris vsus in malicia
Terentius in Eunucho veterator impostor
exagitator Et compo(nitur) inveterco as inveterco
as Et dicitur ad omnibus suis compositis Item
Item a vetus vetulus a um diminutiuum vetus
et hec vetustas tatis et vetustus a um an-
tiquus et compa(ratur) et veterosus a um i. ve-
tustus uel vetustate plenus et veteranus
a um senex deuotus emeritus Item a veto
hec veternus quedam infirmitas que fa-
ciens diu languere et pigrare et iuuenes
videri senes et p(ost) sepe p(ro) pigritia uel
sit eorum quelibet infirmitas qua veteres sunt
ex consueto sic est obliuio grauitas gra-
uositas vnde Oracius Cur me fonesto
operiunt antea veterno Et in veternus
a um et veternosus a um qui illum
morbum patitur Terentius in Eunucho fu-
est pictus vetus veternosus senex
distingue vetus est quasi (con)temptibilis

veternosus eo morbo senex etate et eueni-
unie. Item a vetus vetellus a um i. vetulus
et componitur quinvetus i. valde vetus et pervetus
i. valde vetus. sic quinvetustus et pervetustus.
Veto componitur deveto ab eveto et est activum cum
omnibus suis compositis et facit preteritum in tui et
supinum in titum et corripit hanc sillabam ve.
Vieo es vievi vietum vincire ligare unde
vietus a um i. incurvus et quasi ligatus vel vi-
etus via trita. vel ut dicitur a via quasi tritum
factum inde. et hic et hec vates et sacerdos quia
sic dicebatur poeta quasi propheta diuinus et di-
cebantur vates poete quia metra liguent
pedibus et sillabis et variis modis connectunt.
Et etiam per similitudinem diuini eodem censentur nomine
quia ipsi equaliter plura versibus efferebant. vel
vates a vi mentis dicti sunt vel a video
quia futura videbant. et inde per compositionem vati-
cinor aris i. diuinare unde hoc vaticinium
i. diuinacio et hic vaticinus deus paganorum.
Item vates componitur vaticanus a um et va-
ticinus a um propheticus. Item vieo componitur
avieo es i. alligare. unde ligare unde hic
et hec avitor i. ligator. secundum glosam in principio cuius
operis distinxi. Vieo ne ergo est solum de scitu

Capitulum xv.

Video des vidi sum videndum natura
aspicimus volunte intuemur cura
unde videns tis et comparatur. et componitur
evidens tis clarus vel apertus et comparatur unde
hec evidencia apercio claritas. Et componitur
inevidens i. obscurus vel inaptus et similiter
comparatur. Item videns componitur cum pro quod est
longe et dicitur hic et hec et hoc prudens quasi
porro i. a longe videns futura peritus vsu
doctus callidus experimento arte instructus
facundus qui facile scire potest et prudens ad
comparatur unde hec prudencia que est cardinalis virtus
scilicet bonarum et malarum rerum prouisio et vtra-
rumque discretio unde hec prudenciola diminutivum
et per compositionem imprudens i. non prudens vel valde
prudens in quo est vas nimis unde virgilius
in georgicis et comparatur unde hec imprudencia est.
Item a video hic visus sus actus vel
passio videndi et hec visio res visa
vel fantasma. et visibilis le et hec visibilitas.
Item componitur invisibilis le et hec invisibilitas. Item a vi-
deo viso as frequentativum a quo visito as quod
frequens qui enim visitat aliquem sepe videt
illum. Et componitur revisito ab invisito revi-
sito as. Et est activum cum omnibus suis compositis
Item a video viso sis desideratiuum i. videre
desidero vide et debet facere supinum visitum
per cultiam producta. sed non est in vsu. Et componitur
reviso sis inviso sis proviso sis reviso
sis. Et est activum cum suis compositis et 3e coniugacionis
Item a video vido dis visi visum 3e coniugacionis
i. videre unde hec vidua hoc vide ne con-
veniat cum dannubs. Hec enim in hoc
vsu potest videre esse impatiens 2e coniugacionis

falsus enim esset versus quod non per magno
gremio. Et hec componitur diuido dis pertinens
quasi diuisis modis vide. Diuida habet dicitur
que est compositum a di et via et do unde dicitur
quasi diuersas vias do. Sed est activum non componitur
unde diuisus a um et diuisivus a um
i. diuisus vel diuidens. Et per compositionem
indiuisus a um et indiuisivus a um.
Item a diuido diuiduus a um quod
diuidit vel diuiditur unde hec diuiduitas
et per compositionem indiuiduus a um unde indi-
uiduitas. Et non quasi i. diuiduum dicitur tribus
modis vel racione vt vnum vt athomus
vel duricia vt adamas vel quia per insi-
ona sue non patitur diuidi non potest vt
socrates. Item a diuido diuisibilis le et hec
litas et per compositionem indiuisibilis le et hec litas
et hec diuiduella i. castellum et diuisione
terrarum positum. et hec diuisoria cella ab
aliis diuisa. et hec diuidia est discordia
vel bellona unde diuidiosus a um
discordiosus qui per suam discordiam alios
diuidit et discordias facit qui et dissi-
diosus dicitur. Video componitur invideo des
vt invideo tibi i. non video tibi i. non
scio videre te bene agentem et est neutrum
sed imponitur in passiua significacionem in prima persona
et etiam ipse persequamini dicit illud esse activum
quia tunc exigit activum in eo intelligitur
vt invideo te facere hoc i. propter inuidiam
prohibeo. et inuideo tibi amiciciam regis
i. per inuidiam subtraho tibi amiciciam regis.
Et quandoque exigit activum similiter et activum rei
vt invideo tibi sapienciam i. propter sapienciam
unde inuidus a um qui inuidet et hec
inuidia e. Et est odium aliene felicitatis
unde inuidiosus a um cui inuidetur
et iam qui inuidet unde quidam inui-
diosus ego non inuidus esse laboro.
Item componitur prouideo des di puis
vide unde prouidens et comparatur unde hec prouidencia
est. Et componitur improuides et improuide a
Item a prouideo prouidus qui prouidet pro-
uisus qui prouidetur et per compositionem improuidus
a um improuisus a um. Prouideo des unde
video. Revideo des vidi et eciam componitur
actiua sunt preter inuideo quod est neutrum Item
omnia faciunt preteritum in di et supinum in
sum et corripiunt hanc sillabam vi in presenti
sed in preterito et in supino eam producunt.
Vigilo as a somno abstinere vacare
studere unde vigilans et comparatur unde hec
vigilancia. Item a vigilo hic et hec vigil
lis qui vigilat et precipue ea custodire vnde
hec vigilium. et hec vigilia est in celo ... per
scilicet vigilacio vel ipsi vigiles. et hora vi-
gilibus distincta ad vigilandum vigilia
etiam dicitur dies precedens festum scilicet dies primus
ante festum quod tunc in sero vacatum
et vigil componitur peruigil i. valde vigil
unde peruigilium i. vigilacio vel vacacio
nocturnali peruigilio marcescis Item a
vigilo hic et hec et hoc vigilax acis

ad vigilandum paratus vel qui sepe vigilat
et multum vel vigilax. Sidonius. In pagis
canibus vigilax lector inheriat. Vigilo componitur
advigilo as id est valde vigilare. Convigilo as
simul vigilare. Devigilo as et evigilo
as in eodem sensu. Ista duo id est valde vigilare
vel a sompno excitari vel excitare. Et invi-
gilo as insistere vacare operam dare. Pervi-
gilo as. Revigilo as. Vigilo et eius composita
neutra sunt preter evigilo et devigilo pro a som-
no excitare que sunt activa. Vigeo ges
vigui esse in vigore vel sive vigorem pos-
sidere vivere vigere valere roborari. Et videtur
descendere a vireo quia viridis et iuvenilis
etas solet vigorem afficere. Unde hic vigor
oris virilitas virtus fortitudo et hic vi-
gorosus sa sum et comparatur. Unde hec vigorositas.
Item a vigeo vegetus a um fortis adultus
validus agilis impiger firmus et comparatur.
Unde vegeto as vivificare sustentare vel
aliquem firmum et validum facere. Unde
vegetabilis le et vegetatio. Et est activum
cum suis compositis si qua sunt. Item vigeo componitur
convigeo devigeo invigeo revigeo pervi-
geo. Et est neutrum cum suis compositis et facit
preteritum in gui et supinis caret et corripit
hanc sillabam vi. [illegible]

Vinco cis vici victum superare
victoriam habere et aut dicitur vincere
quasi vi capere et cetera ... non opponens
et inde victor oris et hec victoria
e que vi acquisita et hec victoriola le
diminutivum et victoriosus a um et comparatur et victo-
rialis le. Item a vinco hic et hec victrix
cis in neutro est quando generis sed postea in singulari
et in plurali est omnis generis vel in una voce vel
in diversis ut victricem exercitum victrici signo
victricia signa. Hoc tamen non est in neutro singulari
nominativo in neutro quia victrix est terminatio
...
... in neutro et vero singularibus
non est neutri generis. Item a vinco vincibilis
le et per compositionem invincibilis le et victus a
um et comparatur et per compositionem invictus a um
et similiter comparatur. Item victus componitur
provincia e que procul posita et devicta
quam Romani olim vincendo totum orbem
in suis sunt redegerunt procul positas regiones
provincias appellaverunt. Provincia etiam hec
regio subiugata et tributaria sita
unde provincialis le tributarius. Provincia etiam
dicitur circuitus regionum. Et provincia secundum
... et provincia etiam per officium vel
eo provincia scilicet id est eo officio. Item a vinco
... vel vices a vinco genitivo vicis
... est in usu unde vicissim alterna-
tim mutuo per vices id est dicitur et vicatim
... potest dicitur vel a vico quasi per vicos
vel de vico in vicum vel a vice id est vicissim
et hec vicissitudo dinis unde vicissitudinalis
a um vicem prebens vel vicem dans vel alterius
gerens. Item a vice vicarius a um vel vicarius
vices preebens vel vicem dans vel alterius

gens. Item a vice hec vicia est quedam genus
leguminis quia vice petimus ea utuntur in cibus de
lotis vel vicia quasi vicosa quia mala vel vicia
dicitur a victoria quam antiqui dicebant viciam unde
vicia quasi victorialis quia victores olim solebant
ea coronari unde viciosus a um. Item a vice hic
vicus vici villa quasi vicem teneat civitatis vel et caste-
lla et pagi sunt que nulla dignitate civitatis ornan-
tur sed vulgari hominum conventu incoluntur et propter
parvitatem sui civitatibus attribuuntur. Et dicitur vicus
quia sit vice civitatis vel quia habeat vicos tantum si-
ne muris. Vici etiam dicuntur ipsi habitatores civitatis et via
cui insident vie sunt ipsa spatia inter vicos
sed maiora et latiora platee sunt. Unde hic viculus
diminutivum et vicanus a um et vicaneus a um et
vicinus a um in eodem sensu et comparatur. Unde hec
vicinia e et hec vicinitas atis. Vicinia id est pro-
ximitas locorum vicinitas regio vicina et vi-
cinulus a um diminutivum. Vicino as id est iuxta vicinum se
gerere vel appropinquare vel iungere et componitur abvi-
cino as id est disiungere. Advicino as adiungere vel appro-
pinquare. Convicino pro coniungere et eius composita
hec secundum activa sunt alia neutra. Item vicinus
componitur convicinus a um et convicaneus a um simul
in eodem sensu. Item vice componitur cum per et dicitur per-
et hic et hec pervicax acis id est in operibus pertinax
inportunus et componitur a per et vice quia vices
suas obtinere vult et proponit pervicax verum
sed bonum est iudicando malum et econverso vel
componitur a per et vicio quia in vicio persistat vel
a per et vicio et cadens quasi per vicium cadens
vel a per et urbs et cadens quasi per suas vices
cadens vel a per et vicia quam antiqui dice-
bant victoriam in pervicax quasi dicitur qui in propo-
sito suo ad victoriam perseverat et comparatur. Unde
pervicaciter cius me et hec pervicacia et pervicaci-
tas. Item a vinco hec victima e que occidi
solet post victoriam scilicet sacrificium quod fit pro ho-
stibus devictis. Sic hostia pro hostibus vincendis
vel victima a vincio quia vincta ducitur
ad immolandum unde victimalis le. Victimo
as id est sacrificare immolare et est activum. Vinco
componitur convinco cis simul vincere vel multum vincere.
Item devinco evinco pervinco revinco
convinco et eius composita activa sunt et faciunt
preteritum in vici et supinum in victum sicut vin-
[illegible]

Vincio vincis vinxi vinctum id est
ligare unde hoc vinculum et vinclum
per sincopam in vinculorum causa ligan-
dorum. Item a vincio hec vitta te id est infula que
caput sacerdotis ligatur. Item vitta est que
crines ligat in crinibus que placentes religatur capi-
lli. Item vitta est quia corona vincitur. Item
dicitur sic quia ea pectus vincitur instar vitte
ligature unde hec vittula le diminutivum et vitta-
tus a um vitta vel vittis ornatus. Vitto
as id est vitta ornare. Et debet vita scribi
per unum t et tamen. Item a vinco hic victus quia
vincit famem et debet scribi per c unde hoc
victiolum diminutivum et victiosus a um et comparatur
unde hec victiositas. Item a victum vitta dicitur
corrumpere quia vita corrumpitur et componitur

convicior aris convicia inferre vituperare et construitur
cum dativo unde hoc convicium vituperium contumelia unde
conviciolum et conviciosus a um et comparatur Item componitur
devicio vide viciare vel vicia et malos
mores auferre Convitio ab vide vitiare Ite-
vitio ab vitium vitiare vel vitia auferre ¶
Item a vitio hec uncia cie i. uncia quia unius sitez
minimorum ponderum sua unitate vinciat
i. compleatur. Constat autem dragmis octo i. scru-
pulis xxiiii quod pondus legitimum pondus
habetur quia pondus vel numerus scrupulorum eius
horas diei noctisque metitur vel quia libram
efficit duodecies computata. et in dicitur hec uncia
e iii. et hic et hec unciola le diminutivum Juvenalis
unciola praeleus est hic gillo deunce. et p.
unciatim i. per uncias vel de una uncia in aliam
Terencius in formione Quod ille unciatim vix
de mense suo suum sui fraudans et uncio
as uncias mensurare Uncia componitur hec semi-
uncia e i. dimidia uncia Persius Decirat
in stultis brevis ut semiuncia recti Item componitur
cum ut uncia componitur hic quincunx cis quinque
uncie. septunx cis septem uncie deunx et
dextans uncie vel quod melius est undecim un-
cie quia una dempta de asse Et tunc componitur
a de quia ei desit uncia ad libram Persius
Cumulas facit sudare deunces ¶ Item a
vincio hec vitis quia vites vinciuntur et reli-
gantur vel se vel quia vim radicandi citius hab-
eant interius unde hec viticella quedam herba quia sicut
vitis ut quelibet proximum apprehendat circumvolvens
sicut quos annulos volvit. et hec vitilago ginis
vel vitiligo vimen quo vitis ligatur et
ponitur sumitur pro ligamine vel impedimento
Marcianus Scabros dentes vitiligines
quasi ligaturas vel impedimenta ibi vitiligines. et hec
vitulamina inis vitea planta illa infructuo-
sa que nascitur in radice vitis vel obviamque
disturpat non sit naturalis vel ut dicatur quod
ille planta sic dicitur a vitulo quod nascitur
a vitulis credita Unde in libro sapientie Spu-
ria vitulamina non dabunt altas radices
¶ Item a vitis hoc vinum quia de vite
prodit vel dicitur a vena quia cito venas
impleat sanguine unde hoc vinulum diminutivum
et hoc vinellum similiter diminutivum et hoc pillum
vel potus vini vel promium vinum vel vinum
mixtum cum aqua et vinosus sa sum plenus
vino ebrius vel ebriosus et comparatur unde
superlativum Plautus Pongus ait ...
amphus est vas vinosissimum est Et vinetus
a um de vino confectus vel vino imbutus
quod etiam vinulus a um dicitur Plautus Amorum
vinula venustula. et hec vinalia vel
potatio in plurali tantum vinalia lium vel liorum
festum vini Macrobius de Saturnalibus
vinaliorum diebus Jovi sacrificatur. et hec
vinacium post vinum quod etiam vinaceum
dicitur et est quasi fex torcularis vini vel est illud
quod remanet post expressionem vini et ponitur
vinatica. et hec vinaria e i. cella ubi vinum

reponitur vel venditur. et hec vinea e quia co-
pia vino perfusa est vel vinea unde hec vineo-
la diminutivum et hec vindemia e unde vinde-
mio as vites putare vel potius uvas auferre
ab vinea Item a vinea hic vinitor oris
qui vineam custodit qui vinicator vel vi-
nitor qui calcat uvas et tunc dicitur a vino
et idem potest dici qui custodit vinum Item a
vino per compositionem vinolentus a um i. vino
plenus et comparatur unde hec vinolentia e ebri-
etas Item componitur vinoferus a um vinum
ferens ¶ Item a vitis vitens a um Et
non quia vitium vel uvarum multa sunt genera
secundum proprieque diversitatem proveniunt a colore dac-
tile a longitudine rodie libice a regionibus
cerainie quia rubet velut ignis stepha-
nite a rotunditate tripodiane unciale a
magnitudine conodice aminee rubiliane
feminie quia sunt minute acini et dure
cutis uvas gerit sic dicte quia plus ceteris
fetere ferens consueverunt Apiane ballanici
biturice argites mercicule mareotice
elbole viciome que uvas gerunt magis
quam multas sunt sic dicte quia multum vini
faciunt Cinare pretea multa genera vitium
sunt que cum mutacione loci et qualitatem et
nomen mutant vitibus vero cetera ista magis
conveniunt oblaqueacio putacio propaginacio
fossio Oblaqueare est circa radices terram
aperire et velut lacus efficere quod aliqui
occodicare dicunt Putare est resecare a
vite supervacua resecare cum flagellis
supponat Putare vel purgare dicitur i. am-
putare traducere propaginare vero vel propa-
gare flagellum vitis terre suppensum sub-
sternere. et quasi ponere pandere effodere vero
est fossam facere quasi fodere Et non quia in
isto plus secundum vitium Et debet retinere in
suo sono cum dicitur est enim generalis regula
in nominativis quod ponitur ante i purum
quod sonum t nisi precedat s vel x vel
aspiratio intercedat vel t et i vel nisi
dictio impediat ut lectio auctio s vero
cedit ut Salustius questio x vero ut quin-
xtio. aspiratio intercedat ut corinthios et
in grecis omnibus et compositis t retinet in
suo sono licet i sequatur pura dictio im-
pediat ne t teneat sonum t licet i pura
sequatur ut in vestre genus litium vitium ad
ovarium istorum utrorum quod litium et hoc vitium
dicendum est aut sic corinthios. et compositiones
plaritas litium. et similiter vites vitium
ut t retineatur in suo sono licet sequatur
i pura ¶ Item a vincio vinctus a um
et comparatur Vinctus vel passo fecit impeditus
ligatus cum aliquo ligatus non autem tunc secundum
qualitatem vinctum inducat Vincio componitur
convincio et revincio devincio unde de-
vinctus a um et comparatur Evincio revincio
Vincio cum suis compositis est activum et facit
preteritum in xi et supinum in ctum licet imprimatur
tu R. vincium et vincitum quia vindico

id est plasti sed dicit quod vindicat aliquis
eum a periculo liberat plastici eum ille ipse pa-
ssurus est mala vel plastor iniuriam factam
vindico ne fiat. Item vindico illum qui
iniuriam sustinuit vel plastor illum qui intulit
in propria. Unde hic et hec vindex -cis vin-
dicator vel corrector et vendico -as
id est actiue et hec vindicta -te quod aliquid dicitur
per virgam pretoris sed unde qua servi percussi
liberabantur et in libertate asserebantur
et tunc dicitur a vendico -as quod vindicta
quia vendicet libertatem. Persius: An igno-
ratis dominum nisi quem vindicta relaxat.
Vindico -as et vendico -as activa sunt
cum suis compositis omnibus si qua sunt; pri-
mum quod in eadem voce debet dici vindico
in illis sed cum ubi ut illa etc. dicitur in
voce. Cau. rvm.

Vireo -res virui esse vel fieri vi-
dem hinc viditez unde hic viror
-ris id est viditas et hic et hec viridis
-de quod viror plenus vel vi et succo et
dicitur viridis quod vim ydus et e contra et
comparatur. Unde hec viditas -tis et hoc viridia
locus viriditate plenus. Macrobius de Sat[urnalibus]:
Formosa facies viridiorum et hec vida-
ria virgulta. Ambrosius super exameron:
pulcritudines solacior et viridia. Item a
vireo vel viror hoc viretum locus viri-
de plenus sed viridum. Item a vireo hec vis gen-
tivo huius vis dativo vi accusativo vim vocativo o vis
ablativo ab hac vi et pluraliter vires genitivo vi-
rium dativo viribus accusativo has vires ablativo
viribus. Et est animi et corporis. Vires tamen
corporis, virtus tamen animi. Unde hec viola
propter vim odoris et violo -as vim inferre
corrumpere polluere unde hec violatio -nis
et violabilis -le et per compositionem inviolabilis
-le. Item vis componitur hic vepres
-ris et hec vepres vepris similiter inveni-
tur spina et dicuntur spine vepres quasi vi
pendentes prehendentes unde hec vepricula
-le diminutivum. Item vis componitur violentus -ta -tum
et violentus id est crudelis malus vi plenus
quia vim infert et producitur comparatur unde hec
violentia -e et hic per compositionem vispillo vel
vispilio raptor latro predo. Et componitur
a violentia et pilo quod pilum gerat
id est telum et sit aliis violenciam ingerit. Vel
vispilio vel vispillo dicitur qui vi spoliat
sicut superius apte distinximus. Item vis componitur
hec vespa pe quedam avis volatilis unde vi-
olentia quod vi vel quod vim parit. Unde
hec vespula diminutivum et hec vespetum locus
ubi vespe abundant et hic vesparius -rii
vesparum. Item componitur hec vipera -re quedam
serpens sic dicta quod vi pariat. Nam cum
venerit eius ad partum ingemuerit catu-
li non expectantes maturam nature solutionem
corrosis eius lateribus vi erumpunt cum

matris interitu. Effertur autem quod masculus
ore inserto vipere femine conspuat illa autem
ex voluptate libidinis in rabiem versa caput
maris ore recepto precidat ita fit ut parens
utrique pereat: masculus dum coit, femina dum
parturit. Quem fert esse sine vulva sicut et masculus
sive virga. Ex vipera fiunt pastilli qui tiriaca
dicuntur a grecis et hic viperinus -a -um et viperius
-a -um. Item a vireo hoc ver veris quia viret
vel quia recedente hyeme tellus viret herbis
et erumpit in flores et incipit in medio febru-
arii et durat ad medium maii. Unde vernulus
diminutivum. Plautus: Ego sum tuus meus oculus meus
mellitulus meus vernulus. Et vernus -a -um
ad ver pertinens vel clarus splendidus vel de-
lectabilis et hic vernalis -le idem. In eadem prius.
Et verno -as id est clarere splendere vel delectari
unde vernans et comparatur unde vernat et hec ver-
natio. Item a verno hic et hec verna ne
famulus pulcer sine quia vernat in domo
domini pulcritudine vestium et hic hec et hoc
vernula -le diminutivum et hic vernaculus et hec vernacula
et hoc et hec vernacula -le diminutivum. Item a vere hec
vergilia est stella vel signum quod pliades dicitur et
dicuntur pliades vergilie quia in vere oriuntur
et ~~vernent~~ vernet et splendeat. Plautus in
Amphitrion: Ubi nec vigilie nec vesperugo
occidunt. Ver componitur veruactum a vin quod vere
actus id est verno tempore aratus unde et veruactum
dicitur ager tali tempore aratus. Item a vireo per
hec vires virium et sunt vires corporis unde
virosus -a -um viribus plenus et comparatur et
per compositionem enervo -as per contrarium producere debili-
tare enervare quasi contra vires ponere. Am-
brosius super exameron: Ut fatalia facta ma-
gnit gilos paleis repleti enervat ictus
avietis nescientes et est activum. Item a vires
hic verres ellebore quod vires habeat et hic
verres -ris id est porcus cum testiculis qui mag-
nas habet vires unde verrinus -a -um. Item ver-
res proprium nomen est cuiusdam unde similiter ver-
rinus -a -um et hec verrine -arum quedam li-
bri que Cicero fecit contra Verrem. Item a vires
hic vervex -cis aries quod ceteris ovibus fortior
esse sit vel dicitur vervex quod sit vir id est ma-
sculus vel quod vermes in capite habeat qui-
bus facit ebrietatem unde vervecinus -a -um
et mutata v in b dicitur hic berbix -cis et
hec berbica [illegible] a aries castratus et hec
berbica -ce ovis. Item a vireo hic vir -ri
quia viret in virili sexu femine vel dicitur
a vi quia maior vis sit in viris quam in
feminis et dicitur vir virili modo sed etate
sicut ille dicitur vir qui pervenit ad virilem
etatem. Unde Plautus: Cum tamen prolubes sa-
piebat ut prolubus cum autem fetus sunt vir-
evacuavi opere erat populi vir distinet
sexum ut cum dicitur dubium est an iste sit
vir vel femina. Vir etiam ponitur pro virtuoso.
Vir etiam dicitur pro marito sed cum adiuncto ut
vir iste vel ille vir meus vel tuus vel

sunt unde virilis le, liter, litas, et virilis pro forti et
comparatur. Unde hec virile, lis, quedam ornamenta virorum
que olim portabant in crinibus vel in collo. Et hec
virilia, orum, illa membra virorum quibus mulieres
carent. ¶ Item a vir viritim, id est per singulos
viros vel de viro et viratus, a, um, id est virilis
vel fortis vel viro coniunctus. Johannes Crisostomus super
Matheum: Mulier virata non facile decipitur. Et hec
vereta quia viri e tatu vel quia ea viri eum in-
ita quia virus ipse dicitur. Holinet: flucus a na-
ta dicuntur et genitalia a gignendo et pudenda
pro verecundia et inhonesta quia non habent
eam speciem decoris sicut alia membra que sunt
in promptu. ¶ Item a virco hec virgo ginis ab in-
corruptione quasi virago quia ignorat passionem ~~...~~
~~...~~ femineam et quia vir sit et viriliter agat, id est
reputet et est communis. Vel virgo dicitur quasi virco quia
viret etate et flore virginitatis. Unde hec virguncula
le diminutivum et virgineus a, um et virginalis le
liter, litas. Et hoc virginal lis vel virginale lis
illa secreta pars ubi fit conceptio. Prudentius
in prompius intactum ab omni crimine virginal
et virgino as caste vivere in virginitate degere
more virginis. Sed hoc ... ¶ Item virginor, aris
et facere ... que post fiori salva virginitate
et componitur devirgino virginitatem auferre. ¶ Item a
virgo hec virginitas tis. Capitulum Vm

Item a vir hec virtus tis quia virorum et
fortium est vel dicitur a virco et est
virtus habitus animi optime consonus
et habitus mentis bene constitute in modum na-
ture consentaneus. Unde virtuosus a, um et
comparatur. ¶ Item a vir virisso as, viriliter agere
et per compositionem eviro as, pecuniam tollere, id est ca-
stratione debilitare. ¶ Item vir componitur hic du-
umvir viri vel et triumvir viri et hic
quadrumvir viri hic quinquevir viri hic septe-
mvir viri scilicet qui duos vel tres vel quatuor vel
quinque vel septem viros habet sub sua potestate.
Unde hic duumviratus tus et triumviratus et quadrumviratus
tus et quinqueviratus tus et septe-
mviratus tus. Hec dignitas vel officium. ¶ Item componitur
hic centumvir scilicet hic vir centum scilicet qui bellatas
est vel fuerit pociens vel est qui bis fecit
fecta viro digna vel qui resuscitatus est
ut lazarus ypolitus. ¶ Item componitur hec vira-
go ginis mulier fortis quia agit virilia, id est opera
virilia et masculini vigoris est. Eva enim
dicta est virago quia de viro acta, id est facta
et assumpta. ¶ Item a virco hoc vitrum unde
vitreus a, um. ¶ Item a virus hoc virus indeclinabile
id est venenum et est aptotum sed tamen invenitur
in uto acto et vto. Unde virosus a, um, id est
venenosus et comparatur et per compositionem virulentus
a, um, id est veneno plenus et comparatur. Unde hec
virulentia veneni infectio. ¶ Item a virco
hic vitulus et hec vitula quia a viriditate, id est a
viridi etate. Sic virgo vitula quia parva est
et non dum enixa vel enixa iuncta est ut
vacca. Vel dicitur vitulus a vita quia sit

dignus vita. Unde vitulus a, um. Et nota quod
vitula etiam dicitur quedam dea scilicet letitie vel
victorie vel festum illius dee vel victorie
exultatio. Unde vitulor aris, id est letari vitu-
lari dicimus voce letari. ¶ Item vitula dicitur
quoddam instrumentum musicum. Unde vitulor
aris, id est vitula cantare. ¶ Item a virco
hoc vimen nis mollis virga et viridis.
Vel sic dicitur quia vim habeat. Unde vimineus
a, um. Et hoc viminetum locus ubi vimi-
na crescunt. Et hic et hec viminalis le
quidam mons in Roma. Crimen sic dictus
ab abundantia viminum. Et hec vibex
cis frutex in petrosa terra vel iniuncta
virga vel incisio vel vestigium quod fit in
carne ex virga et ponitur pro equali macione
~~...~~ vibice flagellat. Unde
vibicosus a, um, vibicibus plenus. Unde
hoc viburnum minuta virga unde vites
ligantur in quibusdam locis. Et vibro
as, respondere vel corruscare, contendere ad
iaculandum vel iaculari. Sic pro lenis
facere de minuta virga. ¶ Item a virco hec
virga ge. Virge sunt summitates ramorum
et arborum quia virides sunt vel quia vim habe-
ant arguendi. Que si lenis fuit virga
est, si nodosa vel aculeata scorpio
recte dicitur quia arcuato vulnere in corpus
infigitur. Vel dicitur virga quia vim in se
habeat mediam vel quia pacis indicium est
et inde regat. Unde virgosus a, um et
comparatur et hec virgula diminutivum et virgulatus
a, um, virgis ornatus. ¶ Item a virgula
dictus est virgilius quia mater eius som-
niavit quod pariebat quandam virgam que usque
ad celum pertingeret. Quod nichil aliud
fuit nisi quod virgilium pariebat qui sua
sapientia loquendo de astris celum tangeret.
Unde virgilianus a, um. ¶ Item a virga hoc
virgultum multitudo virgarum vel locus ubi
multe virge abundant ut viridarium et propria-
mente virgultum quod a radice pullulat
ramus qui de ipso robore arboris virga
que de ramis. Virga componitur hic primivirgius
qui primam virgam gestat ante regem. ¶ Item
a virco viresco inchoativum. Virco componitur
conviresco, expuireo, impuireo, revireo et
sic inchoativa. Virco cum suis compositis neutrum
est et facit preteritum in ui et caret supino.
Capitulum VI

Viscus ci et hoc viscum ci, id est gluten
quo aves capiuntur et est illud
unde fit quod colligitur in arboribus
et quod est inter cutem et carnem. Unde visco-
sus a, um, tenax, plenus visco. Et visco
as, visco implicare. Visco aliquid capere
et componitur conviscoas, deviscoas, eviscoas,
as, id est de visco removere.
Inviscoas, reviscoas. Visco cum omni-
bus compositis est activum. ¶ Item a visco hec
viscus ceris, viscera, id est intestina

dicim̄ s᷒ queuis sub corio sunt et latent
a visco quod est inter cutem et carnem. Item
viscera dicuntur vitalia i. circumfusa cordis
loca que viscora que ibi vita id est anima
continetur. Item viscera capita neruorum ex
sanguine et neruis copulata. Item lacerti
et uniuersa que sic in singulis membris cordis
loco sunt ut cor in media totius corporis
et pectoris appellantur a nomine illud animalium
sub terra delitescentium. id est et tori que illic
viscera torta videantur. et inde viscero
as quod non est in vsu s᷒ composita conuiscero
as simul in viscere aliquid ponere. Deui:
scero as exuiscero as in eodem sensu. Et est
viscera aliquid ponere. Inuiscero as in
viscere ponere et sunt actiua. Capitulum xxvi

Viuo uis uixi uictum. unde viuus
a um et hic uiuidus a um fortis
agilis et per compositionem semiuiuus a um
Item a viuo viuax acis viuidus fortis et
comparatur. unde hec viuacitas tis. Item a viuo
hoc viuarium locus ubi pisces pascuntur
et impinguantur. Item a viuo hec vita
uel vita dicitur quasi vigorem uel quod vim
teneat nascendi et crescendi. Unde
et dicitur vita quasi vim tenens et comparatur
unde vitalis le. et hec vitalia lium
intestina que ibi vita i. anima continetur
et hic vitellus li. mouellus sed meditum
illud oui. Oracius in sermonibus macin
conscribent callosa vitella et alibi vo
lens aliena vitellis. Inuenitur in plurali hec
vitella lorum. Item a vita vito as
euitare. unde vitabilis le. et vitabundus
a um. Vito componitur deuito as euito
inde euitare. unde deuitabilis le et eui:
tabilis le. Inuito as quasi non vitare s᷒
ad se trahere et allicere. Vito et eius composita
actiua sunt. et producunt quasi plura vi
vita. componitur inuitus a um i. non volens
quasi contra vitam i. voluntatem. Et cum paruo
as et dicitur vitupero as i. in vitam aliquid
aliquid turpe ponere. unde vituperabilis
le et litas et vituperium et hic vitupe:
rosus a um et comparatur. Item a viuo hic
victus tus victualia ad victum pertinens et
victualis le. Iosephus abunde
ministrauit militibus et camelis vic:
tualia. et victo as victum querere. unde
victito as frequentatiuum. pro ut est ista est fere a
contra vi viuo. viuo componitur adviuo
i. inde uel insimul uel ad vtilitatem viuere. Eo.
viuo vis simul viuere. unde conuictus tus
et hic conuictor oris qui simul cum alio viuit
et hic et hec conuiua simul qui simul cum alio
viuit et comedit. unde hoc conuiuium la:
uta comestio et magna. et hic conuiui:
olum diminutiuum. et conuiuor aris conuiuium facere
uel celebrare uel insimul comedere. unde hoc
conuiuatorium locus in quo conuiuatur quod etiam
conuiuarium dicitur. Reuiuo as et hic meditor

viuisco reuiuisco adviuisco conuiuisco vi
uo et eius composita neutra sunt et faciunt preteritum in
xi et supinum in ctum et producunt quasi sillabam vi. Vlci:
scor sceris vltus i. punire uel vindicare. unde
hic vltor oris et hec vltrix cis et declinatur sic
et victrix quod supra distinximus. Et vltio
a um quod sepe accipitur in passiua significatione et
componitur inultus a um i. non vltus. Et hec
vlna ne secundum quosdam est extensio manuum ex utraque parte
in alios brachium uel cubitum quod magis
verum est quia greca olenos cubitus dicitur. Unde s᷒
vlna ne. Unde hec vlnusa le dictum et vlnalis
le. et vlnarius a um ad vlnam pertinens. et vlno
as vlna mensurare. Capitulum xxvii

Vltra aduerbium loci et comparatur vltior vltimus
unde vltro i. vltra uel sponte et hic vl:
troneus a um i. spontaneus uel vltior
vltimus componitur penultimus a um qui est pene
vltimus scilicet qui est in secundo loco ante vltimum
Et componitur antepenultimus a um qui est in 2o loco ante
penultimum. Hec vlua ue herba est palustris.
unde vlnosus sa sum. et hec vligo ginis naturalis
humor terre ab ea nunquam recedens s᷒ ei semper
adherens quasi inseparabile accidens. Unde vliginosus
a um vligine plenus pinguis et comparatur. et hec
vlfa locus pascue. Vlulo as flere uel
fortiter clamare. vlulatum facere et est luporum
et ferarum. unde vlulatus tus et hec vlula le quedam
auis que quasi flere videtur. unde et dicunt cardina
lis ab oleagi i. a ficto fletu. Vlulo cum suis
compositis si qua sunt neutrum est. Umbra bre aeris
calens sole sic dicta quia fiat cum solis radiis ob
quid obiicitur. unde hec vmbrella diminutiuum et vmbra:
ticus a um et vmbratilis le. et hoc vm:
braculum et vmbrosus a um et hec vmbrositas.
Item ab vmbra hic vmbilicus medium locum certe
quia sit vmbra illius et hic vmbo onis dicitur locus
uel pars in medio clipei a quo pendet quia
eo in fatebus in vetro pendet et ex eo est
inuenitur. Unde et dicitur vmbo quasi vmbilicus.
Item ab vmbra vmbro as obscurare
cooperire et componitur advmbro as uel inde vmbrare Ob:
umbro as contra uel inde vmbrare. Obv:
mbro ab vndique vmbrare. Vmbro et eius
composita actiua. Vnco as i. curuare. Unde vncus
a um i. curuus. et vncus ci instrumentum curuum
ad aliquid capiendum et hic vncinus ni idem et
vncio as i. uncis alligare. vnco capere Et
vncus componitur aduncus a um reduncus a
um recuruus et obuncus a um et subuncus
aliquantulum curuus. Vnco as componitur aduunco as
obunco as redunco as et subunco as.
pare. uel per curuare. Vnco et eius composita
actiua sunt. Capitulum xxviii

Vngo gis vnxi vnctum. Unde hoc
vnguentum et hic vnguentarius in
vnguentis et hec vnguentaria a um
eodem sensu et hec vnguentaria a um
ad vnguentum pertinens uel vnguentum faciens
uel vendens. et vnguento as inungere vn:
guento. Item ab vngo hec axungia quasi vn:
ctum porci que et axungia dicitur ab axe

ungula ab augeo quod vide. anteungula a um
id est antungula pertinens vel antungulata pedibus
et anteungulas anteungula unguem vel ante
ungula propter. et compositum cum antungula antun-
gula ante siccitatem. item ab ungo quod ungen [illegible] ius
pro corporis pudenda sit dicta ab unctione
Item ab ungo hic unguis is vide hec
ungula le et est unguis hominis et animal
ungula aliorum animalium et dicitur unguis quia eo
solemus ungere. item ungula dicitur genus tormenti
quo effodiat id est fidicula que habet re retor-
quet in aculeo ut fides exprimatur. item ab un-
gula ungulatus a um et hic ungulus anulus
gemmatus quod sit ungula carni ita gemma a-
nulo attingitur. item ab ungo hec unctura re
et unctus a um et comparatur. et hoc unctum et un-
ctito as frequentativum a quo unctito as quod frequentativum
Item ab ungo hec uxor quia consuetudo antiquitus
cum nubebant puelle inungebantur cuismatre
ut veniebat ad limen mariti et postes
antequam ingrederetur ornabat laneis vittis
et oleo ungebat et inde dicta sunt uxores
quia unxores que vero vitabant baltae sunt
quod iste vocant et sepeliunt. Tribus de causis
dicitur uxor. Prime prolis Causa adiutorii
Causa incontinentie. In eligenda uxore quatuor
res impellunt hominem ad amorem. Genus
pulchritudo divitie mores. Sed mores melius
spectantur. sed nunc contrario fit. Similiter in eligendo
marito quatuor solent considerari. virtus genus
pulchritudo sapientia. Et ab uxor uxorius a um
ad uxorem pertinens vel uxori deditus et volunti
ad uxorem pertinens vel uxori deditus et voluntati
et voluntati uxoris ex toto subditus et uxorio
as uxori iungere. Item ungo componitur
adungo inungo perungo sub[illegible]ungo et
eius composita activa sunt et faciunt preteritum in
xi et supinum in ctum. Et nota quod ungo in prima
persona habet u p g et o quasi in his debet
fieri in 2a persona ungis aut pro g esset
u sed quia esset conveniencia inter nomen unguis
et 2am personam quia ut si diceretur ungis
ideo propter conveniencia vitandam subtrahitur u
a secunda persona et ab omnibus illis que for-
mantur a 2a persona et dicitur ungis unde
in dictionibus et constructionibus tertiam quamdam dicunt
ungentia et ungendum pro u sed ista dictiones
a prima persona possunt habere u pro g sed si vero
dictiones a 2a persona debent esse sine u pro g
et hoc est rectius. Unus a um grece
ena quod latine dicitur unus vide unus quod
enus et in unicus a um singularis solus
unum ex multis dicitur sed unicus solus quasi singularis
unus innatur. unicus ex intra unum sunt
item unus ad in pro sed unicus solus ex
multis intelligitur. Item ab unus hec unitas tis
et hic unio onis id est unitas et hic unio onis
quidam lapis preciosus sit dictus quia tantum et
unicus duo vel tres sunt reperiuntur inveniuntur
et unio pro stella et pro cepe. et iste ablativus
una ponitur adverbialiter id est pariter vel simul et
tunc debet accentuari in fine. Item a unus unio
nis univi et unio as animi id est congregare iungere
Sed unare est congregare ita ut ex congregatis unum
efficiatur unde Sed unire est ita iungere quod ex
[col. b]
iunctis efficiatur unum. Et dicitur unire quia unum
ex duobus vel pluribus facere. et hic unicus a um
et hic unitio onis et univicus a um [illegible]
vus a um congregativus. Et componitur adunio
nis coadunio nis et similiter componitur aduno
as et coaduno as et [illegible] conuno
[illegible] et uno activa sunt cum suis compositis
et producunt u. Ullus ab unus ullus a
um id est aliquis et inde ubique et usquam
id est in aliquo loco et componitur nusquam et nus-
quam id est in nullo loco et nullus a um et hic
nullo as nichilare. Et componitur adnullo as
debilitare annichilare et sunt activa. Item
unus componitur uniformis me et unicolor
unanimis me unanimitas et unanimitas tis et
unanimus a um et unimodus a um
et hic unicornis nis pro quodam animali et
unicornis me quod superius distinguitur et
hic unitriba be id est unica uxor quia
et unicuba dicitur et unifico as unde
unificus a um. Voco as appellare
unde vocis a um ad vocandum aptus vel vo-
cator designus et hic vox cis unde hec et hec
vocalis le et hoc le et hec vocalis lis id est littera
que per se facit vocem. Et componitur cum semis
a um et dicitur hec semivocalis le littera
quia semia et imperfecta vocalis vox componitur
equivocus a um quod una voce plura significat
univocus a um quod una voce tantum
unum significat et multivocus a um id est sinoni-
mus. Item a voco vocito as frequentativum et componitur
advocito as voco componitur advoco auxilium
vocare ad se vocare convoco as evoco as
extra vocare invoco as auxilium vocare
advocatur prooemium datur invocatur auxilium
prestitus evocatur obsequium prebitum provoco
as vitalis revoco as unde revocabilis
le littera seorsum [illegible] seorsum vocare
voco et eius composita activa sunt et cor-
ripiunt vo[illegible]
Valvo vis vi lutum unde volu-
bilis le littera et voluto as
frequentativum et hec vulgra [illegible] quia volgra
vetorcio et propter labiorum obtorcionem
faciunt eam atque deridendum unde valgio
gis vetorque sic petronius obtorta
valgiit labello. Item a volvo hec valua
ve valve sunt porte que intus revolu-
untur et sunt duplices et replicabiles unde
hec volua quia valua id est ianua ventris
vel quod recipiat vel quod evoca fetus producit
volua est dicitur sine [illegible] [illegible] item
a volvo hoc volumen nis id est revolucio
unde et liber dicitur volumen propter multas
revoluciones cartarum et hic volvos vi quedam
herba quia radix eius sit volubilis et
rotunda vel genus est figurarum rotundarum
et volubilium. et hec volutina ve dea pa-
ganorum quam volumenti [illegible] folliculorum pro
esse dicebant volvo componitur hoc volutabrum
volucris aprorum vel locus in quo porci
volutantur unde et per translacionem dicitur volutabrum

quelz renositas et tepitudo in gra ho
inpolnit vnd dicitur involutabo vitorum
Item compo. cum pes et dicitur volipes
vel volpis quia volupes est enim volubilis
pedibus et nunquam rectis itineribus sed tortuo
sis anfractibus currit ut pote ad fraudu
lentum vnd hec volpecula dim. et volpinus
a um volvo componitur advolvo is i. valde
vel ad volvere vel removere Convolvo devo
lvo divolvo evolvo omnia in vnum
sensum complicare extendere Involvo is vnde
hec involucrum i. involutio cuiuslibet rei quod
sit cum in vestibus duntaxat vnde involuitur quoniam
via videtur et hic involvolus li quedam bestia
que ut facilius decipiat homines invo
luit se in aquam re. Plautus imitatur quasi
bestiam involvolum que in papiro se
implicat Provolvo provolvo obvolvo
subvolvo i. contego revolvo vis vnde re
volubilis le lis litas et revolutilis le
in eodem sensu vnde Aug. de civitate dei
mundo revolutiles ortus occasus continuitibus
inserite Subvolvo subtus vel per vel parum
volvere Transvolvo Volvo et eius composita
activa sunt et faciunt preteritum in volvi et
supinum in volutum Volo vis volt
volui velle et caret supinis licet quidam
inveniatur volitum tu et voltus tum
et hec volitudo ti et volo magis quam o
pto opto magis quam cupio vnd hec volu
tas tis et hec voluptas tis voluntas
enim est desiderium non dum adepta re
voluptas vero est rei adepte delecta
tio bene vel male vel proprie carnalis de
lectatio et voluntas tum in bonis sed in
malis est flagicio sed secus cupiditas
dicitur proprie non voluntas et hec volutatimpro
a um et volutarius a um Item a voluptas
voluptuosus a um et comparatur et volup
tarius a um i. delectabilis et volupte adverbium
i. cum voluptate Terentius Hecire scitum
et volupte est in Item a volo hic
voltus tus quia per eum animi voluntas osten
ditur in voluntatem enim varios motus imitatur
et differunt facies et voltus nam facies simpliciter
accipitur de vnaquaque naturali aspectu voltus
aut amorem sonat quod litem vnde voltuosus
a um i. tristis et comparatur et hic volpisus
i. vir nobilis natus Item a volo
hoc volgus gi i. plebs contrarie multitudo
sic dictus quia faciat secundum quod quisque quod volt
vnde volgosus a um volgo abundans
et comparatur et volgaris re vel vitas et vol
go as publicare et componitur divolgo as di
versis modis volgare et est activum cum suis quia hic
et non quia in singulari imperatur in ne. genere hoc
volgus et iste ablativus volgo sepe ponitur
adverbialiter i. vbique vel pro volgo Volo componitur
inmalo magis volo mavolt malle i. magis
velle Nolo novis novolt et hic componitur
est imperativum licet volo careat volo et
eius composita ne sunt et irregularia et ca
rent supinis et faciunt preteritum in lui et

carent imperativo preter volo hec Capitulum xxvi
Vola le media pes pedis vel manus vnd
Prudentius in hymnis et volas plicas
adumcas vnguibus et in volemum in
quoddam genus piri quod facit pira adeo magna
quod pirum in vola potest includi et bene implet
illam vnd hec volemum fructus est Item a vola
quod componitur involo as i. furari vel aliquid cum vo
la attingere vel ponere vel in volam immittere Item
vola in ambitu est media pes alarum quarum
motu penne agitatur vnde volo as quia volas
movere vnd volatilis le lis et hec volatus et
hic volucer et hec volucris cris i. avis Invenitur
tamen quandoque hic volucer vel volucris pro avi i.
masculino genere et volito as frequentativum Item a volo
as hoc velum li quia quasi alis volantes conte
ditur et navem volare facit vnd volare
et navigare recepta sunt i. recipere vnum ponitur
pro alio quia et navis alas videtur habere i. vela
et remis et etiam avis videtur habere quasi remos
et vela cum alis vnd hic et hec et hoc velox
cis et comparatur vnd hec velocitas tis et adverbium ve
lociter Item a velum quasi per diminutionem hoc ve
xillum li quasi velillum vnd hic vexillarius et
vexillarius a um quod ad vexillum pertinens vel
vexillum portans et per compositionem vexillifer a
um Item a velum velabrum re et velamen a
um ad velum pertinens et hec velatio vel vela
men i. velum et dicitur sic locus velo obvum
bratus vnd et sic dicebatur quidam locus in
teatro ad quem capiebantur pueri pro ludo
quia velum ante dependebat vt esset secretus
Ioncalis et pagina pueros in eum vela
rent raptos Et non quia velum greci dicunt arme
na quia aere moveatur Item a velum hoc velu
men di vel et velo as tegere cooperire obvum
brare vnd velamen et velamentum et hoc velum
quod ponitur super capita monialium et quod ponitur
in ecclesia vel in templo vel etiam in aliis do
mibus dextrum sit quia ab tectu suo interiora do
morum velat et hec velabrum bri dicitur a velo
as i. vas in quo olea conditur vel in quo
fructus purgatur Plautus Quicquid rerum gerunt
quam in velabro olearii Item velabrum dicitur
quoddam velis tensum vel locus Rome ubi dicitur
ubi olim merces pendebantur vel illud quo
pastilli et coquendi cibaria velantur Oratius
Cum scurris fartor cum velabro macello
vnd velaber i. venditor minutarum rerum
comestibilium in tali loco vel qui eas velat
Velo componitur advelo as i. valde velare
obvelo as discooperire Convelo as Develo
as valde velare vel discooperire Invelo as
obvelo as obtegere revelo as detegere
vel aperire vel manifestare Velo et eius composita
activa sunt et producunt ve Item velum componitur
velifer a um et velivolus a um quod ve
lis volat ut navis vel quod velis velatur
ut mare et velificor aris i. velis tendere
navigare vel vela facere vel colligere vel vel

primum facere. Item a volo as hic veles litis ve-
lites dicuntur expediti milites vel pedites levi
armatura armati qui plures vlapiunt et a
velocitate dicuntur a volando quasi volites vel a volo que
est a velle propter celeritatem unde velitaris re et ve-
litarius a um et velitor aris ad modum velitum
pugnare vel plerumque incipere et pro simili pro pugna
certare vel altercari. ¶ Item volo componitur hic vulca-
nus ni ignis vel deus ignis sic dictus quasi vo-
lans candor vel quasi volicanus quia per aerem volet
et tamen videtur unde vulcaninus a um. Item a volo
hic voltur ris et hic vulturius et hic vulturnus
ex eo quod tardo volatu sit tarde volans
Volo componitur advolo as volare ad. Avolo as
longe vel ab aliquo volare separari. Convolo as
simul volare. Circumvolo as. Devolo as. Evolo
as. Involo as. Intervolo as. Pervolo as. Provolo as
obvolo as. Revolo as. Subvolo as. Subtus vel per
vel parum volare. Supervolo as. Transvolo as.
Volo et eius composita ut supra et corripiunt hanc
sillabam vo. ¶ Vomo mis vomui vomitum
emittere cibum acceptum vel aliud per os. Unde hic
vomitus tus et hec vomica ce i. vomitus vel
immunda nausea genus apostematis quo emu-
tuntur intestina et hic vomitus i. vomica
Marcianus. Tu vomitu illa vomicio atque nausea
laborata et hec vomis eris idem vel vomitas et
hec vomer vel vomis eris ferrum quod infigi-
tur dentali quia evomat terram vel quia humum
seciat. Vomo componitur evomo mis. Devomo
mis. Evomo mis. Revomo mis. Et est neutrum
cum suis compositis et corripit vo. Capitulum xxxvi

Voveo ves vovi votum promittere de-
stinare unde hoc votum desiderium vel
promissio unde votivus a um voto plenus
vel astrictus vel voto promissus. Item a voveo
voto as frequentativum a quo votito as aliud frequentativum
voto as frequentativum a quo votito as aliud frequentativum
Item a voveo votus a um. Et componitur devotus
a um i. eius voto astrictus vel componitur a con
et votum ti. Voveo componitur devoveo. Devoveo
ulcisci vel detestari voluit vel maledicere execrari
Devoveo ves. Et est activum cum suis compositis
et corripit vo. Upupa pe quedam avis dicta
a sono vocis quam greci ita appellant quia stercora
humana comedat et fetenti pascatur fimo
avis spurcissima cristis extentis galeata semper
in sepulcris et humano stercore commoratur
Vor lingua caldea ignis sive flamma dicitur
Unde hec ira re quasi vora quia accendat et infla-
met. Unde irascor sceris iratus et hic ira-
cundus a um facile irascens quia accensus
sanguinem in fervorem compellit et comparatur unde
hec iracundia e. Et est ira primus commotio
animi et nascitur causa. Iracundia autem est vi-
tium male et perpetuum et sic iratus per tempus
excitatur. Iracundus frequenter irascitur et levius
¶ Item ab irascor irascibilis le. Et ab
